





DE PRAESENTATIONIBVS  
ASSESSORVM CAMERALIVM CIRCVLARIBVS  
PER TVRNVM

186

1782, 2 a

RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO DVCE ac DOMINO  
DOMINO

C A R O L O

186

DVCE WIRTEMBERGIAE AC TECCIAE REGNANTE REL. REL.

12

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV  
P R A E S I D E

IOANNE DANIEL HOFFMANN

PHILOS. ET I. V. D., SACRI CÆSAREI PALATII COMITE, SERENISSIMI  
CONSILIARIO, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS P. P. Q.

PATRONO, COGNATO atque PRÆCEPTORE SVO  
COLENDISSIMO

PRO GRADV IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

DIE FEBR. MDCCCLXXXII.

D I S P V T A B I T

A V C T O R

DANIEL FRIEDERICVS THEOPHILVS FABER

SUPREMI DICASTERII WIRTEMBERGICI ADVOCATVS.

T V B I N G A E  
L I T T E R I S F V E S I A N I S.



DU TERRÆ SITIOVITIA  
VERNORVM CAVM RAYNU CAGI VIRRIBA  
PER TURNUM

RETOLE UNIVERSITATIS FERNANDINIANA CAROLINA  
MAGNIFICENTISSIMO  
SITUATIONE AETEA FORTUNATISSIMO DACT. DE DOMINO  
DOMINO

# C A R O L O

PLAC. WIRTEMBERGIC. VC. THOC. MEGANI. AN. 1611.

MANUSCRIPTO QD. QD. QD. CONSERVATA  
PARVISE

SACRAE DANIE. HISTORIAM

CONSERVATIONE. SCRI. CANTAB. FACULTAT. COMM. ETC.

ANNO 1609. CANTAB. LIBRARIOR. 249  
EX LIBRIS S. I.

PRO GRADA NIVIS AVITASAE DOCTORI

NIVIS PROGRADUATORI

DISPENSATORI

VACATORI

OTHELI HEDDERICÆ THEOPHILUS LABER

SCULPTORIS SECVRITATIS WIRTEMBERGIC. ADSCCCTA.

TYPINGEN  
LITTELWIS LIBRARIUS



V I R O  
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO  
D O M I N O  
IOANNI HENRICO  
LIBERO BARONI  
DE HARPPRECHT  
SACRAE CÆSAREÆ MAIESTATIS CONSILIARIO  
ET  
CAMERAE IMPERIALIS ASSESSORI  
GRAVISSIMO

D O M I N O S V O  
PERQVAM GRATIOSO  
ET MÆCENATI  
INDVLGENTISSIMO  
S A C R V M.



VIRIO  
HERILLUSTRI atque GENEROSISSIMO  
DONINO  
IONANI HENRICO  
LIBERO BARONI  
de HARPPRECHT  
SACRE CENSORINE MAIESTATIS CONSILIVARIO  
CAMERÆ IMPERIALES ASSISTORI  
GRVAVISSIMO

DONINO SAVO  
PEROAVM GRATIOSO  
ET HEC ENATI  
INDAVERENTISSIMO  
SACRAM



5  
Summa cum voluptate publicam hancce jam diu quam  
maxime exoptatam occasionem arripi, qua studium re-  
ferendarum gratiarum pro innumeris in me collatis summi  
patrocinii documentis, animumque illimitata admiratione  
ac pietate in TE exardescerent declarare queo. Grave  
omnino munus suscepisse mihi videor, TIBI Dissertationem  
hancce in gratissimi animi pietatis documentum consecrandi,  
quum non solum bene perspiciam, quam difficile mihi,  
magis beneficiorum TVORVM memori quam eloquenti,  
sit, animi sensum sermone exprimere, sed & de laboris  
mei tenuitate quam maxime sim convictus, probeque in-  
telligam, quam longe ille absit ab ea perfectione, quæ sola  
TVI nominis auctoritate digna videatur. Certissima ve-  
ro me dulcissimaque spes tenet, fore ut qua gratia atque  
comitate me semper exceperisti, eadem primitias hasce ju-  
veniles non maturitate sed spe judicaveris.

Non juvenis modesti foret collaudare eum, cuius vir-  
tus maximis ac immortalibus in universam nostram Ger-  
ma-

manicam rempublicam meritis illustratur, & in cuius salute omnium Bonorum vota conspirant. Nullus vero erit, qui magis ardentissimis a Deo id exoret precibus, ut tandem felix atque superstes sis, quam quidem diu id postulat salus publica, atque Deus, quævis mala abs TE removeat, vitamque TVAM omnibus calamitatibus vacuam usque ad eum, qui mortalitatis extremus est, terminum prolonget. Id unum adhuc abs TE beneficii iterum iterumque rogo, ut TVAM, qua me hactenus dignatus es, gratiam atque favorem mihi serves, qui pietatem observantiamque in TE non nisi cum ipsa vita sum depositurus.

## TANTI NOMINIS

*Scripti  
in Eberhardina Carolina*

*d. 5. Febr. 1782.*

cultor & cliens devotissimus  
DANIEL FRIEDERICVS GOTTLIEB FABER.



## ARGVMENTVM DISSERTATIONIS.

Cap. I. De Circulorum præsentationibus Aff. Cam. in genere, earumque origine & historia.

1) de præsentatione in genere.

a) descriptio juris præsentandi §. 1.

b) cui competat hoc jus? §. 2.

2) de origine juris præsentandi Circulorum.

a) receptio & constitutio Affessorum Cameralium Comitiale fuit negotium. §. 3.

b) jus constitundi postea tributum fuit Electoribus & Circulis. §. 4.

3) ejusque historia.

a) ante annum 1648.

a) exactior juris præsentandi distributio a. 1507. definita fuit. §. 5.

β) a. 1512. numerus sex Circulorum augebatur, sed sine effe-

ctu ad præsentationem. §. 6.

γ) a. 1530. sex Circulis novæ sex præsentationes attribueban-

tur. §. 7. 8.

δ) a. 1566. novæ VIII. præsentationes constitutæ sunt, qua-

rum VI. a Circulis exercentur. §. 9.

ε) Comitia Ratisbonensia 1576. abusui in præsentando occurre-

bant. §. 10.

ζ) etiam C. O. C. circa numerum præsentationum Circularium

nil mutavit, sed sex Circulis octodecim præsentationes

tribuit, §. 11.

b) anno 1648.

a) Pax Westphalica hodie præcipuum in materia præsentatio-

nis fundamentum est. §. 12.

β) Circulus Saxonius superior in numerum Circulorum præ-

sentantium adsciscitur. §. 13.

γ) origo præsentationum alternativarum stabilitur. §. 14.

δ) post Pacem Westphalicam

a) gesta de præsentationibus tam in communi trium Collegio-

rum conclufo, Reichs-Gutachten, de a. 1719. §. 15.

β) quam in communi concluso, Reichs-Gutachten, de a. 1775. §. 16.

γ) Vicissitudines juris præsentandi intuitu Collegii Electoralis

post mortem Electoris Bavariæ a. 1777. §. 17.

Cap. II. De exercitio juris præsentandi Circulorum hodierno.

transitus. §. 18.

A. Jus præsentandi exercetur vel a quibusdam Circulis alternative. §. 19.

B) vel a singulis Circulis,

1) ubi soli Directores præsentant, ut

a) in Circulo Austriaco, §. 20.

b) Burgundico, §. 20.

c) Bayarico, §. 21.

A 2

2) ubi



2) ubi status Circuli in exercito juris præsentandi concurrunt, &  
quidem

\*) vel in quavis præsentatione singula membra simultanè  
concurrunt; ut in Circulo Franconico. §. 22.

β) vel in ea certus quidam turnus observatur,

a) ut in Circulis mixtis, ubi soli Evangelici turnum in  
præsentando observant; qui sunt:

aa) Circulus Suevicus, §. 23. 24.

bb) Rhenanus Superior, §. 25.

cc) Rhenanus Inferior, sive Westphalicus, §. 26.

b) vel in Circulis pure Evangelicis, in quibus omnes status  
præsentantes inter eos transactum observant turnum,  
qui sunt:

aa) Circulus Saxonius superior, §. 27.

bb) Saxonius Inferior, §. 28.

Cap. III. De Turno seu Alternatione præsentationum Circularium in ge-  
nere; modo præsentandi; controversias indeque ortas decidendi.

A) De Turno seu alternatione,

1) tam in genere.

a) ejus notio & derivatio, §. 29.

b) usus ejus in aliis negotiis, §. 30.

2) quam in specie ratione præsentationum Assess. Camer. Circularium, & quidem æque statuum præsentantium in singulis Circulis, ac Circulorum inter se.

a) Turni præsentationum definitio, §. 31.

b) Species, §. 32.

c) Requisita, §. 33.

d) Indoles, §. 34.

e) Natura conventionis, §. 35.

f) Effectus, §. 36.

g) Observations de præsentatione circulorum alternativa inter  
se §. 37.

B) De Modo præsentandi. §. 38.

a) de significacione loci vacantis a Collegio Camerali, §. 39.

b) de Nominatione a Circulis facienda, de tempore, jureque de-  
volutionis. §. 40.

c) de disputatione circa litteras præsentatitias a Camera instituen-  
da, & adiut præsentati ad hoc Iudicium. §. 41. 42.

C) Modus, quo controversiae super jus præsentandi ortæ decidi debent.

1) de harum litium judice. §. 43. 44.

2) de Fundamentis decidendi — præsertim Analogia Juris Canonici  
in præsentationibus per turnum. §. 45.

CAP.





## CAP. I.

### §. 1.

Jus præsentandi Assessores Camerale ctm aliis a) commode ita describi potest: quod sit jus denominandi unum, duos vel tres doctos peritos probatosque viros ad Augustum Cameræ Judicium ex quibus illud secundum normam in Legibus Imperii præscriptam unum eligere, & in numerum Assessorum recipere tenetur b). Cum vero plerumque unus saltim denominari adque Cameræ Judicium mitti solet Candidatus c), præsentatio est actus, quo candidatus idoneus in numerum Assessorum Cameralium recipientus, Judicio Camerali sistitur & commendatur.

- a) Jo. L. B. ab ULMENSTEIN in tr. de jure præs. Assessorem in Camera Imperii. § 23.  
b) Ord. Cam. de a. 1555. P.I. tit. 4. §. 3. & 4. Rec. Imp. de a. 1576. §. 60.  
Conc. Ord. Cam. P.I. Tit. §. §. 4. 6. 11 & 24. Rec. Imp. de a. 1654. §. 22.  
c) R. J. N. 1654. §. 27.

### §. 2.

Hoc jus assessorem Cameralem præsentandi competit Imperatori & omnibus Imperii statibus. Imperator secundum Instrum. Pacis Osnabr. a) solus constituit non solum Judicem Cameræ, & quatuor Præsidies, sed & duos insuper Assessores ordinarios. Status Imperii vero reliquos designant five præsentant Assessores secundum paritatem religionis.

- a) Art. V. §. 53.

### §. 3.

Vi primæ Ordinationis Cameralis de a. 1495. legebantur & vocabantur ab initio omnes Assessores ab Imperatore & statibus,

A 2

ci-

civitatibus quoque non exclusis in comitiis & conventibus, quod formula hujus ordinationis: *mit Rath und Willen der Churfürsten und der Sammlung a)* sat abunde probat, ut & id, quod de substitutione Aſſessorum in locum deficientium additur, *dafs sie vom Kaiser mit Rath und Willen der Churfürsten, Fürsten und Sammlung geschehen soll.* Consignatio Aſſessorum in comitiis a 1495. denominatorum jam mentionem facit presentati cūjusdam Brabantini & Austriae, quæ denominatio etiam a civitatibus imperialibus expectata fuit b). Eodem anno d. 2 Dec. Consiliarius Supremi Dicasterii Wirtembergici BERNHARDVS SCHEFFERLIN, Esslingenensis, nomine Sueviæ ad hoc officium promotus est c), & nondum forte obliterata erat pristinorum Circulorum ab Alberto II. Imperatore a 1438. constitutorum, memoria.

a) O. C. 1495. Lib. V. tit. 2. §. 1. in der Neuesten Sammlung der Reichs-Abschiede P. II. p. 6.

b) Conf. Perillustris L. B. Jo. HENR. HARPPRECHT, Cammer - Gerichts-Staats-Archiv P. II. §. 35. 36. p. 46.

c) ibid. §. 63. p. 62. cf. Illustris Franc. Domin. HÄBERLIN in dem Auszug der allgemeinen Weltistorie. Vol. IX. p. 59.

#### §. 4.

Primam illam O. C. Imperator Maximilianus I. aliquot articulis auxit in O. C. 1496. & R. J. 1497. quæ vero leges modum constituenti Aſſessores non attingunt. Quod autem de qualitate præsentandi generaliter dictum erat a 1495. in Ordinatione Cam. prima, "aus dem Reich deutscher Nation," distinctius in pr. O. C. Augustanæ de a. 1500. effertur: *Soll der Churfürst oder Landſchaft, von oder aus den ſolchen Aſſessores vormals genommen worden sind, 3 oder 4 verzeichnen, daraus das Regiment einen zum Aſſessoren kieſen foll. &c. a).*

c) O. C. 1500. pr. N. Sammlung der R. A. P. II. p. 67. in fin.

#### §. 5.

Præsentationis vero prima nobis exhibet stamina O. C. Constantiensis 1507., in qua exactior juris fedecim Aſſessores præſentan-

tandi inter Cæsarem & Imperium distributio hunc in modum definitur, ut Cæsar ratione terrarum Burgundicarum & Austriacarum duos, alterum Gradu Doctoris ornatum, alterum principem, Comitem, Dynastam, aut certe ex equestri ordine selectum, sex Electores VI., singuli nempe unum, octo reliquos Assessores ex a. 1500. constituti Circuli præsentent. Ne vero Electio Comitiis secundum verba §. 1. O. C. verbis: "Auf unsfern gemeinen Reichstag durch die gemeinen Stände gekohren," competens, inane nomen effet, non unus, sed quatuor a singulis Circulis, salvo hac ratione comitiorum optionis jure, præsentabantur a).

a) von HARPRECHT St. A. l. c. §. 262. p. 187. JOH. PAVL. KRESS. de jure præsentandi Assessorum Cameralem. §. 5. O. C. 1507. Tit. 1. 2. in der N. Sammlung der R. A. P. II. p. 113; §. 16. Conf. etiam beati FRID. GVIL. TAFINGERI Institutiones jurisprudentiae Cameralis §. 137. p. 310.

### §. 6.

Quum porro deprehenderetur divisionem hancce statuum in Circulos non solum prefentandis Assessoribus judicii Cameralis, sed & aliis quoque scopo infervire posse; sub eodem Imperatore Maximiliano I. in R. I. 1512. §. 10- numerus sex Circulorum a) augebatur nova additione quatuor Circulorum. Divisio Germaniæ in circulos nunc quoque ad stabiendum pacem publicam & exsequenda judicata Cæsarea instituta fuit, quem in finem in quolibet Circulo constitutus fuit Capitanus b). Sic dividebantur e. g. terræ Austriacæ & Burgundicæ in duos Circulos, in Austriacum & Burgundicum. Rheno adjacentes quatuor Electoratus Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis & Palatinus, cum aliis quibusdam Imperii statibus, unum - nempe Electoralem Rhenanum Circulum conficiebant. Confines tandem Electoratus Saxonicus & Brandenburgicus, junctis quibusdam Principatus & Comitalibus c) in unum, nempe Superiorem Saxonum Circulum conjungebantur.

a) De antiqua circulorum divisione, vid. Extract aus der Nottel und Begrif eines Landfriedens, welchen die Königlichen Herrn Rüthe zu Nürnberg auf Galli gemacht, und den Ständen helfen zu besiegen übergeben Anno 1438. in der N. Sammlung der R. A. P. I. p. 164. Conf. etiam beati GODOFR. DAN, HOFFMANNI, Praeceptoris & Avunculi mei ad

- 
- ad cineres usque colendi. Diss. de numo Maximiliani I. camerali, §.  
14. p. 56. not.  
b) Rec. Imp. 1512. Sect. 2. tit. 5. §. 16. in der N. Sammlung. R. A. P.  
II. p. 148.  
c) R. J. 1512. §. 11, 12, in der N. Sammlung der R. A. P. II. p. 138.

## §. 7.

Aucto licet Circulorum numero in materia præsentationis sequentibus annis plane nihil immutatum fuit, nisi quod defuncto Maximiliano I. sub Caroli V. imperio numerus Assessorum XVI. haec tenus receptus ad octodecim in O. C. 1521. excreverit, & quod sex Circulis jam non octo, sed sex tantum præsentationes adsignarentur, a) Nunc vero in R. J. Augustano de a. 1530. numerus Assessorum octodenarius ob caufarum molem denuo auctus est, superadditis noviter VI. a sex antiquis Circulis designandis, ut in posterum XXIV. Assessores essent, licet nunquam totidem revera adfuerint., c)

- a) O. C. 1521. Tit. 1. & 4. in der N. Sammlung der R. A. P. II. p. 180.  
b) R. J. 1530. §. 76. in der N. Sammlung der R. A. P. II. p. 318.  
c) Rec. Visit. 1531. Tit. 1. §. 2. 3. R. J. 1544. §. 92. R. J. 1545. §. 13.  
R. J. 1546. §. 7. in der N. Sammlung der R. A. P. II. p. 404. §12.  
§20. §26.

## §. 8.

His Recessibus Imperii & Ordinationibus Cameræ plures qui-dem adiecti sunt Articuli res hujus Tribunalis judicarias tangentes, in Legibus publicis de annis 1531. 1532. 1533. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546.; nihil vero in eis deprehendere licet, quod ad historiam juris præsentandi Circulorum facere posit; & in O. C. quoque de a 1548. & 1555. intuitu numeri Assessorum nihil mutatum fuit, quamvis in O. C. 1555. nova quædam præsentationis forma fuerit præscripta a). Ceterum de surrogandis in decedentium locum Assessoribus, regula in dicta O. C. b) traditur, ut in decedentis Assessoris locum novum præsentet ille, qui præsentavit decedentem, & in specie Augustanæ Confessioni addicti a munere Assessorum Cameralium in futurum haud exclusi sint c).

a) O.

a) O. C. 1555. P. 1. Tit. 1. §. 3. in der N. Sammlung der R. A. P. III.

P. 45.

b) P. I. Tit. 4. §. 3. c) Tit. 3. §. 3.

§. 9.

Non præsentationes solum, sed etiam totum Collegium Camerale novam pene formam per O. C. de a. 1555. accepit; quia vero hæc non ab omnibus Imperii statibus fuit probata, horumque nonnulli a 1556. redundantia inde proposuerunt gravamina, omnia hæc ut e medio tollantur, Imperator Maximilianus II. prima convocavit comitia a. 1566., in quibus numerus Assessorum ordinarius adactus est ad XXXII. usque; circa præsentationem novorum VIII. Assessorum autem conventum fuit, ut duo ab Electoribus in genere, reliqui sex vero a Circulis præsentarentur a).

a) R. J. 1566. §. 74. 75. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 224.

§. 10.

Quamvis Imperator omnia circa Cameram orta gravamina sustulisse fortassis crederit, in Comitiis tamen Ratisbonensibus a. 1576. abusus notatus fuit, quod hactenus status præsentantes circa Numerum peccassent, & Cameræ Judicio simul non duos aut tres, sed plane quinque aut sex exhibuissent. Unde contigisset, ut multum temporis examinibus & audiendis relationibus datum, adeoque Judex cameralis & Assessores multis inanibus laboribus non sine protractione iustitiae distentis fuissent. Quare statutum fuit a): dass wenn künftig mehr als zwey oder drey Assessoren zugleich præsentirt, jedoch nur entweder die drey ersten davon, oder die tauglichsten examinirt oder angenommen werden sollten.

a) R. J. 1576. §. 59. 60. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 362.

§. 11.

Quum O. C. 1555. per varios ex sublequentis jam temporis indele & circumstantiis conditos, partimque allegatos Imperii, Deputationum & Visitationum Recessus multis in capitibus suisset mutata; necessarium & utile visum fuit, ut hæc cuncta in unum componerentur, & huic instituto vulgo sic dictum C. O. C. de-

B

be-



bemus. Sub Imperatore enim Matthia Conceptum Ordinationis *a)* ad publicam in Comitiis Ratisbonensibus a. 1613. dictaturum venit, quod, quamvis infecto bello Turcico & bello tricennali non publicatum fuerit, ad legis instar tamen, eatenus hodiem observatur, quatenus in subsecutis Imperii Constitutionibus non mutatum fuit. Sequentia in hoc C. O. C. de jure præsentandi Circulorum ordinata constant: numero Aſſessorum ordinariorum ad XXXI. connumeratis, Dux Burgundiae propter terras Burgundicas hereditarias, quas in Imperio posſidebat, unum Nobilem, sex vero Circuli octodecim, quilibet ergo eorum tres, quorum altera pars ex Doctorum, altera vero ex Nobilium Ordine legenda, nominare deberent *b)*.

*a)* vid. *Concept der auf Käys. und des Reichs-Befehl im Jahr 1613. verbesserten Cammer-Gerichts-Ordnung herausgegeben und mit Anmerkungen vermehrt von Johann Jacob Zwirlein. Frankfurt am Meyn. 1753.* Conf. etiam R. J. 1613. §. 4. in med. & R. J. n. 1654. §. 134. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 522. & 665.

*b)* C. O. C. P. I. Tit. 1. §. 2. in edit. not. anteced. alleg. p. 5.

### §. 12.

Demum Pace Westphalica, quæ, uti alias totius Juris Publici Germanici, ita & notitiae Juris Cameralis tam in genere, quam in specie præsentationum Aſſessorum Cameralium, & litium quæ nostra ætate circa illam moventur decidenſarum, primarium fundamen- tum est, & Reſeſſu Imperii Novissimo certi quid de constitutione Judicij Cameralis, & de præſentatione personarum ibi judicantium ab Imperatore & Imperii statibus conclusum fuit. In P. W. *a)* enim frequentia continentur: „Ne tamen res hæc (*scilicet judicij Cameralis*) prorsus in incerto maneat, placuit præter judicem, & quatuor præſides, & quidem duos horum ex Augustana Confessione a ſola Caſarea Maſtate conſtituendos, numerum Aſſessorum Cameralium ad quinquaginta in universum adaugeri, ita ut Catholici, computatis duobus Aſſessoribus Imperatoris præfentationi reservatis, viginti ſex, Auguſtanæ Confessionis ſtatus, viginti quatuor Aſſiores præſentare poſſint & teneantur, atque ex ſingulis Circulis mixtae religionis non tantum duos Catholicos, fed

, Sed etiam binos Augustanæ Confessioni additos assumere & elige-  
re fas sit. Cæteris ad judicium Camerale pertinentibus, ut dictum  
est, ad proxima comitia rejectis., b)

- a) Art. V. §. 53.
- b) Conf. b. g. d. HOFFMANNI Diff. de iis, quæ in Pacificatione Westpha-  
lica expediti nequivabant, ad proxima Comitia remissis. (Tub. 1754.)  
§. 14. p. 42.

### §. 13.

Cuique Electori in J. P., ut & Imperatori ratione terrarum hereditiarum duplex —, cuiilibet Circulo autem quadruplex jus præsentandi tributum est. Circulus Austriae & Burgundicus ergo proprie non adnumerantur sex Circulis antiquioribus, uti vocari solent, sed æqualia Electoribus præsentationum jura conse-  
quuti fuerunt. Circulo Rhenano Electorali vero nullum conce-  
sum fuit jus præsentandi, ob singularem sine dubio quatuor hu-  
ius Circuli Electorum præminentiam, suas præsentationes seor-  
sim exercitum remotis inde reliquorum statuum, Circulo huic addictorum, præsentationum postulationibus, & abrogatis actibus possessoriis a). Circuli Saxonici subdivisione a. 1512, in Superio-  
rem & Inferiorem Saxonum in J. P. corroborata, Circulus hic Saxonius superior in numerum Circulorum præsentantium ad-  
scisciebatur; quia partim plures adhuc status Imperii præter Elec-

- a) Hoc ideo factum suis videtur, ne reliquis Circulis, quatuor Electo-  
ribus in hoc Circulo commorantibus, octo jam præsentationibus qua  
Electoribus quidem gaudentibus, præsentationis copia præiperetur.  
vid. Perillustrem arque Celeberrimum J. MOSERVUM im Beytrag zu einem  
Tractat von denen Praesentationen; in ejus vermischten Schriften P. I.  
p. 283 DECKHERR in Vindic. ad Blum. Tit. 7. nr. 11. pag. 64. ab  
ULMENSTEIN alleg. loc. §. 125. Alii rationem exclusi totius Circuli  
Electoralis Rhenani, qui tomen ad sustentationem Cameræ quotam  
solvere tenetur, unice in eo querunt, quod quatuor tantum Electo-  
res hunc Circulum constituant. vid. Atavi mei GABRIELIS SCHWEDERI  
jus publ. P. spec. Sect. I. cap. 13. §. 6. BLVM in jure camer. Tit. 7.  
§. 11. si. vero dicendum quod res est, hic Circulus adhuc, Balliviam  
Confluentæ, Principem Nassovia ratione Beilstein, Arensbergicus &  
de Thurn & Taxis; Comites denique Inferiores Isemburgicos, aliquosque  
complectitur.



ctores Saxonum & Brandenburgicum huic Circulo inessent; par-  
tim autem omnes hujus Circuli status Augustanæ Confessioni  
erant addicti, quorum jus præsentandi alias impar fuisset juri præ-  
sentandi Catholicorum b).

b) Conf. in primis Perillustris JO. STEPH. PUTTERI patroni atque præcep-  
toris quondam mei pie devenerandi, integrum presentationis materia  
apprime illustrantis, *Vorrede zum neuen Reichsschulz vom Jahr 1775.*  
Ei. §. 3. p. 13.

### §. 14.

Quia in Collegio Electorali, sublata jam inde ab Anno 1622.  
Votorum quoad religionem paritate, Romano - Catholici Electo-  
res binario numero quod ad præsentandos Assesores Camerales  
attinet, Protestantes superabant, Superiori & Inferiori Saxonico  
Circulo alternativa præsentatio, & quatuor mixtis Circulis etiam  
alternativa evangelica præsentatio concessa est, ut sic ad Majo-  
rem æqualitatem reducerentur utriusque religionis jura. Schema-  
ta vero presentationis Assessorum Augustanæ Confessionis in J. P.  
W. a) & Catholicorum in R. J. N. 1654. b) quoad presentationes  
Circularum ita se habent:

| Evangelicæ præsentationes<br>Circuli                 | Catholicæ Præsen-<br>tationes<br>Circuli           |
|--|--|
| Superioris Saxoniæ - - IV.                           | 1. alternando per hos duos Circulos.               |
| Inferioris Saxoniæ - - IV.                           | 2. per hos duos Circulos.                          |
| Franconici - - - - II.                               | 3. alternando per hos quatuor Circulos.            |
| Suevici - - - - II.                                  | 4. Franconici - - II.                              |
| Superioris Rhenani - - II.                           | 5. Suevici - - II.                                 |
| Westphalici sive Inferioris Rhe-<br>nani - - - - II. | 6. Rhenani Sup. - II.                              |
|  | 7. Westphalici sive Rhei-<br>nani Inferioris - II. |
|  | XVI.   |

a) Art. V. §. 57.

b) §. 169.

### §. 15.

At cum salarya præcipue impedimento sint, quo minus lege  
definitus numerus Assessorum compleatur, & status Imperii circa  
su-

sustentationis Cameralis negotium diversimode sentiant *a*), pauci præsentati & recepti sunt Assessores, ita ut vix tertia pars, imo ineunte hoc seculo XII. saltem in Camera præsentes fuerint Assessores. Tandem in Comitiis Ratisbonensibus A. 1719. ex communis trium Collegiorum Concluso, (*Reichs-Gutachten.*) aucta quidem falaria sunt ad alterum tantum, sed numerus Assessorum reductus simul fuit ad dimidiam partem numeri in pace Westphalica definiti *b*).

- a)* Vid. præfertim *Perillustris* JO. HE. L. B. ab HARPPRECHT *Bericht des Unterhaltungs-Werk des Kaiserlichen und Reichs-Cammergerichts betreffend Frankf. und Leipzig.* 1768. §. 44. seqq. p. 27. seqq.
- b)* *Reichs-Gutachten vom 15. Dec. 1719. in der N. Sammlung der R. A.* P. IV. p. 345.

### §. 16.

Sed ne hæc quidem dimidia pars unquam completa fuit, cum omnis, juxta hodiernam matriculam Cameralem a statibus Imperii ad sustentandum hoc tribunal solvenda summa, ne quidem ad præstanta integra septendecim assessoribus reliquisque personis cameralibus falaria, ferendasque reliquias, necessario faciendas, expensas, sufficiat *a*). Nunc denum condito d. 23. Oct. 1775. communis trium Collegiorum Concluso *b*) & secuta d. 15. Dec. e. a. Sacrae Cæsareae Majestatis ratihabitione, exactam matriculæ Cameralis præstationem atque paratam summopere præcipiente, ingredimur in spem certissimam, fore ut vel tandem compleatur numerus Assessorum quinavicenarius *c*).

- a)* *Conf. L. B. ab HARPPRECHT tr. alleg. vom Unterhaltungs-Werk des C. G.* §. 156. sq. p. 123. sq.
- b)* vid. hujus Conclusi de a. 1775. editionem Pütterianam cit. (§. 14. n. b) & in vermischten Beytraegen zur neuesten deutschen Reichs- und Staats-Praxi. Wetzlar. 1. Stück, p.
- c)* Celeberrimi FRIED. JAC. DIET. de BOSTELL *Beytraege zur Kammergerichtlichen Litteratur und Praxi.* P. I. p. 226. seq. P. II. I. St. p. 202. sq.

### §. 17.

His præstationum numerique Assessorum Cameralium visibilissitudinibus breviter expositis, accedit novissima circa præsentationem in Collegio Electorali quæstio. Ex puncto *a*) nempe

B 3

per



per mortem Maximiliani JOSEPHI Electoris d. 30. Dec. 1777. vi  
 P. W. nunc octavo Electoratu, diu multumque inter eruditissimos  
 viros b) disputatum est, an Elector Palatinus in posterum Catholicum,  
 an vero Evangelicum Allesforem præsentare debeat? Quæ  
 mutatio & transitus Electoris Palatini ad Latus Catholicorum ge-  
 neratim id potissimum effectit, ut Corpus Catholicorum præsen-  
 tationes Catholicas per Conclusum, in conferentia Catholicorum  
 d. 30. Jun. a. 1781. conditum, peculiari disquisitione omnino  
 dignissimum noviter disposuerit. Quod Conclusum huc inserere eo  
 minus dubitavi, cum istud in actorum publicorum Collectionibus  
 nondum publici juris factum sit. Ita vero se se habet. — Zu der  
 Zeit, als die Cathol. Churfürsten, Fürsten und Stände gemäß der  
 Reichsgeezlichen Fürfehung des Westphälischen Friedens über die Prä-  
 sentations- Ordnung derer an den katholischen Reichstheil, einschlüs-  
 sig Ihro Röm. Kayserl. Maj. geeigneten 26. Kammer- Gerichts Prä-  
 sentationen, bey Anlaß der in den Jahren 1653. und 1654. obgewesenen  
 allgemeinen Reichs- Versammlung behörige Unterredung gepflogen, und  
 sich auch darüber, nach denen damals vorgelegenen Umständen würk-  
 lich vereinigt hatten, wurde in Hinsicht auf den damaligen Religions-  
 Stand der Churpfälzischen und Pfalz - Simmerischen - Linien die  
 Eventual- Abrede unter dem 14 May 1654.c) genommen: daß auf den  
 Fall, da die Bayerisch - Wilhelminische Linie gänzlich erloschen, so-  
 mit die bey derselben seither bestandene altpfälzische Chur mit dem  
 Erztruchfessen - Amt auf die Rudolphinische Linie, nach dem obange-  
 zogenen Friedenschluß zurückfallen würde, alsdenn das der vorgedachte-  
 ten Wilhelminischen Linie zugeschriebene jus præsentandi die zween  
 Beyfizers Stellen auf die Katholischen Fürsten und Stände der 4 ver-  
 mischten Kreise Franken, Schwaben, Oberrhein und Niederrhein- West-  
 phalen gefallen seyn, und Sie sich solchen juris præsentandi alsdenn  
 ohne männlichen Eintrag, Hinderung und Widerrede, unter sich  
 alternirend zu gebrauchen haben sollen.

Nun hat sich zu Ende des Jahrs 1777. durch Göttliche Ver-  
 hängniß der Fall zwar würklich ergeben, daß durch Ableben des  
 letzten Churfürsten, weyland Maximilian Joseph von Bayern die  
 Wilhelminische Bayerische Linie vollkommen verlochen, und die von-

derselben innehabte alt Pfälzische 5te Churwürde mit dem Erztruch-  
sessen Amt und allen andern Prürogativen, Rechten und Besugnissen,  
nach dem mehrbelobten Friedenschluss, jedoch nicht (wie zu jener  
Zeit die Vermuthung war,) auf einen der A. C. Verwandten, son-  
dern im Gegentheil auf einen catholischen Fürsten gefallen ist.

Eben diese auf die Fürscheinung jener Eventual - Abrede vom Jahr  
1654. nicht einschlagende Ereignis sowohl, als der im Jahr 1708.  
erfolgte Wieder - Eintritt der Chur Böheim in alle Rechte und Be-  
fugsame der 4ten Churfürstelle machten die Nothwendigkeit eintreten,  
den wahren Sinn und Verstand kurz berührter Abrede näher zu er-  
klären, und in folge dessen das Schema præsentationum auf der ka-  
tholischen Seite, so, wie nach Reichsgesetzen und Herkommen dem  
einen Religions - Theil wie dem andern allerdingz zufieht, und ob-  
gelegen ist, nach den gegenwärtigen Umständen gebührendermaßen  
zu berichtigten

Und wie nun in solcher Absicht die kathol. Churfürsten, Für-  
sten und Stände durch Ihre bey gegenwärtiger allgemeinen Reichsver-  
sammlung bestehende gevollmächtigte Räthe, Bottschafter und Ge-  
sandte in einer deshalb veranlaßten Conferenz das nähere Einver-  
nehmen unter sich geslossen haben; So ist hiebey ganz einstimmig be-  
funden und erkannt worden, daß

(a) die mehrberührte Eventual - Uebereinkunft vom 14 May  
1654. (deren Würksamkeit jedoch auf die dahin würklich geeignete  
Fälle allerdingz vorbehalten bleibt,) nach ihrem wahren Sinn und  
Verstand auf die gegenwärtige, der damaligen Grund - Absicht ganz  
entgegengesetzte Umstände keine Anwendung finden könne, mithin

(b) Sr. Churfürstlichen Durchlaucht zu Pfalz von wegen der  
innhabenden alt - Pfälzischen 5ten Chur, das dem Hause Bayern we-  
gen ebenderselben chehin zugeschriebene jus præsentandi der zweien Bei-  
fizer - Ställen auf dem katholischen Latere, nach ihrem geäußerten Ver-  
langen, gleich es im Jahr 1711. befchehen, auszuüben, allerdingz  
berechtigt seyen, dagegen aber

(c) denen Churfürsten, Fürsten und Ständen A. C. in Folge  
der hier einschlagenden gemein verbindlichen Reichs - Gesetze billig  
anheim gelassen werden müsse, ob Ihnen gefällig seyn wolle, es bey  
der



der auf Ihrer Seite noch wirklich bestehenden Reichs- gesetzlichen Anzahl der Kammergerichtlichen Präsentationen zu belassen, oder aber wegen der nunmehr gänzlich hinweggesunkenen Neu - Pfälzischen gten Chur, sich auch Ihres Orts auf eine überzählige Präsentation zu vereinigen; und dass endlichen

(d) das Sr. Kaiserlichen Majestät als König in Böhmen, und des Heil. Reichs - Churfürsten zuständige und bereits ausgeübte Präsentations - Recht in das katholische Präsentations - Schema dem Reichsschluss vom Jahr 1720. gemüss, an gebührender Stelle einzubringen, so fort nur gedachtes Schema nach dermaliger Vorliegenheit behörig zu ergänzen und zu berichtigten sey.

Welchemnach denn die auf dem katholischen Latere jetztmalen stehende Churfürsten, Fürsten und Stände nach der - durch den letzten Reichsschluss vom 23sten Wein - Monats 1775. einsweilen beliebten Halbscheid der reichsgesetzlich festgesetzten Anzahl von 50 Beyzzern, mit Ihro Röm. Kaiserlicher Majestät allernädigster Begnemigung, und ohne Beyzählung der Allerhöchst Ihro gebührenden Präsentation folgengestalten zu präsentiren haben. Des H. Röm. Reichs katholische Churfürsten. Maynz - 1, Trier - 1, Cölln - 1, Böhmen - 1, Pfalz - 1; katholische Kreise: Oesterreich - 1, Burgund - 1, Bayern - 2; katholische Stände in den vermischten Kreisen: Franken - 1, Schwaben - 1, Oberrhein - 1, Westphalen - 1.

Und obgleich auf solche Weise 13. katholische Ständische Präsentationen sich ergeben, so hat es doch dabey keine andere Meynung und Absicht, als dass von diesen per Circulationem inter statut präsentantes zu errichtenden Präsentationen (in so lange es bey der einsweils beliebten Halbscheid der Reichsgesetzlichen Anzahl verblebet,) niemals mehr als 12. zur Wirklichkeit gelangen mögen und solten, um die Friedensschlusmäßige Parität nicht zu überschreiten. Zu wahrer Urkund dessen sind von gegenwärtiger Erklär - und Vereinigung (welche Statibus Catholicis per Dictaturam baldigst bekannt zu machen) zwey Exemplarien unter dem Chur - Maynzschen Canzley - Innseigel des Endes gefertiget worden, um solche Kaiserlichen Majestät zu allerhöchster Begnemigung und weiterer Reichs - Oberhauptlichen Vorehr allergehorfamst vorzulegen. &c.

Quæ



Quæ ratificatio Sacrae Cæsareæ Majestatis etiam d. 22. Dec.  
amni elapsi sequuta est. Pari modo de lordinandis præsen-  
tationibus evangelicis cogitavit Corpus Evangelicorum , cuius  
Conclusum d. 28. Nov. 1781. sequentibus constat verbis: Nach-  
dem in der heutigen Conferenz die bey dem Kaiserlichen und Reichs-  
Kammergericht, bey Gelegenheit des vorgefallenen Zwists über die  
von Hueberische Præsentation entstandene Frage: auf welcher Seite  
Kurpfalz sothane ihm zukommende Præsentation bey ermeldten Reichs-  
Gerichte zu verrichten habe? in Berathschlagung genommen worden,  
so ist, jedoch unter Verwahrung aller nach dem Westphälischen Frie-  
den dem Evangelischen Reichstheil gebührenden Rechte und Zuflän-  
digkeiten, besonders aber des bey dem Kammer-Gerichte erforderli-  
chermassen auszuübenden juris eundi in Partes, beschlossen und ein-  
muthig festgesetzt worden: Wie man zwar bey der gegenwärtigen  
Verfassung der regierenden katholischen Kurpfälzischen Linie, und  
so lange dieselbe bestehet, geschehen lassen wolle, daß von derselben  
die Kammergerichts- Præsentation wegen der 5ten Kur auf der ka-  
tholischen Seite ausgeübt werde.

Gleichwie von wegen der bisherigen Evangelischen Kurpfälzi-  
schen Præsentation zu Erhaltung der erforderlichen Religions-Gleich-  
heit sich einer andern Præsentation zu vergleichen gewesen, so hat man  
sich in Uebereinstimmung mit bekannten Vorgängen dahin vereinigt,  
daß solche nach beyliegendem Schemate sub Lit. A. Wechselsweise durch  
die 3 Evangelische Kurhöfe verrichtet werde, mit dem Wunsche, es  
möchten vom dem Reichs-Kammer-Gericht, da ein - in der bisher so  
lange aufgehaltenen Reichs-Schlußmäigen Vermehrung derselben  
eingetretener Anstand hierdurch führhinn cessire, falls auch gleich  
nicht die sämtliche erforderliche Subjecta auf einmal beysammen, je-  
doch zu Erzielung der in dem Reichs-Schluß vom Jahr 1775. fest-  
gesetzten Absicht mit Einberufung so vieler Præsentirten, als Recep-  
tions-fähige vorhanden sind, nach der Religions-Gleichheit der An-  
fang gemacht, und sogleich fürgegangen werden. Wannenhero solches  
an Ihro Kaiserliche Majestät zu Allerhöchster Genehmigung und  
weiter gefälliger Verfügung an die Behörde schriftlich zu bringen  
seyn wolle.

C

Sche.

—————

Schema Præsentationis A. C. statuum sub Lit. A. Concluso adjectum sequens est: Von wegen der Herrn Kurfürsten. *Kur-Sachsen-1, Kur-Brandenburg-1, Kur-Braunschweig-1; Statt Kur-Pfalz nunmehro alternative Kur-Sachsen, Kur-Brandenburg und Kur-Braunschweig-1;* von wegen der Evangelischen Kreise: *Ober-Sächsischer Kreis-2, Nieder-Sächsischer Kreis-2;* von wegen der vermischten Kreise: *Fränkischer Kreis-1, Schwäbischer Kreis-1, Oberreiuischer Kreis-1, Westphälischer Kreis-1, Alternative Kreis-Præsentation von vorstehenden 6 Kreisen Umwechselungs-Weise-1.* Decisa inde nunc est quæstio illa per Conclusa novissima allegata, cum de Conclusi Corporis Evangelicorum ratificatione Cæfarea dubitare haud licet.

- a) B. GOD. DAN. HOFFMANN de expuncto nunc electoratu octavo ad J. P. O. Art. IV. 9. verba finalia: „octavo tunc electoratu prorsus expungendo.“ (Tub. 1778. 4.)
- b) Primus hanc quæstionem movit Perillufris Jo. JAC. MOSER in den Anmerkungen über das Absterben des Churfürstlichen Hauses Bayern, in so ferne dasselbe einen Einfluss in viele Stücke der teutschen Staats-Verfassung hat. (Frankf. 1778.) VI. Abschn. §. 3. sq. p. 29. sq. Palatinam præsentationem Evangelicam manere afferit Perill. J. St. VÖTERVS in libello, cui tit. *Über das Præsentations-Wezen am Kammer-Gerichte, insonderheit die jexige Lage der Kurpfälzischen Præsentation betreffend — ein Nachtrag zu seiner Vorrede zum neuesten Reichsschluß vom Jahr 1775.* (Götting. 1781. 4.) At suam causam egit Præsentatus ab Electore Palatino anno 1780. d. 3. Jun. Catholicus JCtus, & ad Visitacionem Cameralem olim subdelegatus, III. Clement de HUEBER, in tractatu: *Von dem Unterschied zwischen der jexigen Churfürstlichen Præsentation von wegen der sten Chur, und der eumaligen Churfürstlichen Præsentation von wegen der jetzt erlöschenen achten Chur zu den Aßessorat-Stellen bey dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gerichte* (Wexlar 1781. 4.) Litem hanc illustrem componere, & vacantem hanc evangelicam præsentationem non Electoribus, nec Circulis tantum, sed omnibus Aug. Confess. Statibus vindicare studet, Author egregii libelli: *Von der Erlösung des Wilhelminischen Mannesstamms in Ansehung der Churfürstlichen Præsentation an das Kayserliche und Reichs-Cammer-Gericht vorgegangenen Veränderung und dem dadurch eröfneten Evangelischen Præsentations-Recht 1781. 4.* Add. Nachtrag zu dieser Abhandlung. im Jun. 1781. 4.
- c) de hac conventione eventuali confi. in primis de HUEBER in cit. tract. V. Abschn. p. 36. vid. etiam J. J. MOSERI *Zusätze zu seinem neuen teutschen Staatsrecht.* (Frankf. und Leipzig. 1781. 4.) I. B. p. 1048. sq.  
CAP.

## CAP. II.

§. 18.

Jus præsentandi Circulorum sive ejus exercitium fere privative penes Directoria ab anno 1500 usque ad annum 1521 erat. Quum vero Cameræ sustentatio sit res singulorum, per collectationem præstanta, incepérunt quoque reliqui Status imperii & Circulorum fibi jus istud vindicare. Sic quæstio an in præsentandis Assessoribus status omnes alicujus Circuli concurrant, an saltim directores? ventilata est maxime anno 1654. in monitis der Oberrheinischen Grafen und Stände in puncto præsentationis assessorum, & in memoriali comitum civitatumque Circuli Franconici. Controversa hæc quæstio in confiando Rec. Imp. Nov. decidi quidem debebat, lites autem hæc non erant compositæ, & relinquebantur peculari uniuscujusque Circuli decisioni a). Et sic exerceatur hoc jus præsentandi hodienum in quibusdam Circulis a solo directorio; in quibusdam certus quidam definitus est modus vel perpetuus vel tantum provisorius, quo in quavis præsentatione concurrunt singula membra, quamvis multum difficultatis superficit passim ratione numeri omnium præsentantium; in quibusdam etiam observatur Turnus. De quo hodie in Circulis usitato modo præsentandi in sequentibus agere constitui.

a) Rec. Imp. 1654. §. 30. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 647.

§. 19.

Quod ad hodiernam juris præsentandi indolem attinet, plus difficultatis supereft ratione singulorum Circulorum præsentantium, quam ratione præsentationis alternativæ inter Circulos evangelicos & mixtos. Pace Westphalica duplex alternativa præsentatio statuta fuerat, prima inter Circulos evangelicos, altera inter Status A. C. in Circulis mixtis (§. 14.). Quum autem numerus Assessorum in Instr. Pacis definitus ad dimidiam ejus partem non solum fuerit redactus (§. 15.), sed & hic numerus nunquam completus adfuerit (§. 16.), vix fieri posse olim crediderunt, ut in dividenda utraque hac præsentatione alternativa illius Pacis fervetur propor-

C 2

tio,



tio, quare hucusque hæ præsentationes quiescebant. Sed nostris temporibus cum vi Conclusi Imperii de a. 1775. (§. 16.) nunc vi-giati quinque Afflores vocandi essent, mense Aprilis 1777. Elec-tor Brandenburgicus de resuscitando hoc turno præsentationis al-ternativæ cogitavit, modumque cum Statibus Augustanæ Confes-sionis communicavit, qui d. 23. Jul. 1777. in Conferentia Evange-licorum ad dictaturam venit, & penitus hac ratione adproba-tus fuit a), ut prima hæc Circulorum præsentatio a Circulo Sa-xonico Superiori, IIda a Franconico ejusque evangelica parte, IIIta a Saxonico Inferiori, IVta a Suevico evangelicæ partis, Vta a Saxonico Superiori, VIta a Rhenano Superiori ejusque Evangelica parte, VIIma a Saxonico Inferiori, VIIIva a Westpha-lico sive Rhenano Inferiori hujusque evangelica parte, celebranda in posterum esset. Cujus præsentationis exercitium statim resti-tuebatur, cum ab Abbatis Quedlinburgensi, Gernroda & Wal-ckenriedensi, earumque nomine ab Abbatissâ Quedlinburgensi, una cum Domibus Guelferbyto- Brunswicensibus, & Principatu Anhaltino præsentatus esset, Illustris Consiliarius Regiminis Bern-burgensis GEORGIVS GOTTLÖB BALEMANN b), olim Visitationis Ca-meralis Subdelegatus.

a) de BOSTELL *Beyträge zur Kammergerichtlichen Litteratur und Praxi. P. II. St. I.* (Lemgo 1781.) p. 201 sq. J. J. MOSER. alleg. *Zufüsse zum neuen teutschen Staats-Recht. P. I. p. 1063.*

b) qui primo loco hic confundendus erit in den *Beyträgen zur Revision und Verbeffierung der fünf ersten Titeln des Conceptus der Kaiserlichen Kam-mer-Gerichts-Ordnung.* (Lemgo 1778. 4.)

### §. 20.

Jus præsentandi vero singulorum Circulorum exercetur vel a foliis directoribus (& iterum sicuti olim moris erat, vel conjunctim vel alternative) vel concurrunt in eo exercendo Status Circulorum. Soli Directores nomine totius Circuli hoc jus præsentandi exer-cent, in Circulo *Austriaco*, ubi folius Archidux Austriae a), in *Burgundico* dux Burgundiae b), adeoque foli in ambobus Circulis Directores præsentant, licet magis ex singulari concessione, quam ju-



jure Circuli hoc fieri videatur, quem jam ante, quam constituti fuerint hi Circuli, hoc jure jam ab anno 1507. praediti essent. (§. 5.)

- a) BLUM, Proc. Cam. tit. 7. §. 12. Huic privativo exercitio juris praesentandi Archiducis Austriae contradicunt episcopi Brixienis & Tridentinus teste JO. JAC. de RAMPACH in palestra S. R. J. tripartita, qua integer processus Cameræ imperialis ad annos illius ordinatiois & praeceos hodiernæ, ductu Blumii, solide revocatur. Viennæ 1726. fol. Tom. I. p. 193. Contradictionem hancce omni caruisse effectu, apparet ex Perill. JO. JAC. MOSERI cit. *Beytrag zu einem Traktat von den Präsentationen &c. in seinen vermischten Schriften* p. 142. Hodierinus nomine Circuli Austriae Præsentatus & receptus Assessor est; Perill. HENR. LVD. CAR. a GEBLER, qui juravit d. 1. Sept. a. 1778.
- b) Conceptum O. C. P. I. tit. I. §. 2. in editione Zwirleiniana p. 5. exprefſe solas Burgundicas inferiores Provincias, wegen der Nieder-Burgundischen Erblände, nota: Superiori seculo D. JACOBVM MAGNERICVM BROQVARD, ab Archiduce Austriae Leopoldo, Regimineque Belgico præsentatum fuisse obſervat, JO. DECKHERR ad Ord. Cam. P. I. T. 2. n. 16. p. 98. Diu vero locus vacavit, in quem tamen præsentatus nunc est Illustris AGIDIVS de FAHNENBERG Regiminis Austriae atque Cameræ Friburgenis Confiliarius Aulicus,

§. 21.

Elector Bavanicus & Archiepiscopus Salisburgensis, qua Circuli *Bavarici* Directores, soli in eo præsentant a), hoc tamen patet; ut five ab hoc, five ab illo præsentatus sit candidatus, literæ præsentationis ab utroque Directore subscribantur, reservata nominandi, illi Directori, cuius Assessoris sedes vacans est, licentia; utriusque enim non alternative, ut olim, sed specialiter inter se dividitis quatuor Assessoribus præsentant b). Quamvis vero in schemate præsentationum nulla fiat mentio Statuum A. C. c), qui sub Circulo Bavarico comprehenduntur; nullum inde ipsis præjudicium metuendum est sed salva manent horum jura, privilegia & libertates d).

- a) L. B. de KREITMAYR in *Grundriß des allgemeinen und teutschen Staatsrechts* §. 134. p. 254. München 1758. 8. Nomine hujus Circuli præsentati & recepti Assessores sunt; Perillustris JO. CHR. JOS. L. B. a WALDENFELS, qui juravit d. 31. Oct. a. 1774., & Perillustris JOS. a WEBNACH, qui juravit d. 21. Nov. a. 1777.
- b) DECKHERR ad O. C. P. I. tit. 2. §. 7. n. 51. p. 103. & L. B. ab ULMENSTEIN in tr. de jure præsentandi &c. §. 97.

C 3

c) Cau-



- c) Causa, cur A. C. Statuum hujus Circuli gratia Clausula hæc salvatoria addebatur, est, quia jam antea plures Circuli Bavarii Status participes hujus juris præsentandi fuerunt. O. C. 1507. tit. 21. mentionem facit 4 Statuum hujus Circuli, qui una cum Duce Bavario quatuor Candidates nominabant. De compræsentatione reliquorum Statuum noviori tempore usitata vid. *Staats-Archiv* P. III. Anh. 217. 218. ejusdem P. V. p. 290. 291. SAM de PVFFENDORF Lib. XX. Rer. Suec. §. 87. hanc reservationem ita describit: „Hæc cum fere ornata essent, „Ratispona novum monitum super Circulo Bavario movebat, qui „mixtis adnumeratus non sit, nec Evangelicis in eo sitis quispiam „præsentandus relictus. Sed quia prius, de hoc mentio facta non „erat, a Cæfareis nihil obtineri poterat, nec partitionem inter ipsos „Evangelicos factam iterum turbari placebat. Haud abs re tamen „visum, ne ejus Cireuli Evangelicis præjudicium silentio crearetur, „clausulam salvatoriam fervando ipsoforum juri addere. Id quod & „Cæfarei admittebant.“
- d) J. P. O. Art. V. §. 58. 10. JAC. REINHARDI *Erläuterung des Rechts der Reichs-Crayse*, einen Beyfizer des Kaiserlichen und Reichs-Camer-Gerichts zu præsentiren, überhaupt; besonders aber des Schwæbischen Crayses. in ejus *Jurijstisch- und Historischen kleinen Ausführungen*. P. I. 145. not. p.

## §. 22.

Quavis in præsentatione Circuli *Franconici* a) singula concurrunt membra, ex triplici scanno principum, comitum & civitatum, ita ut si de uno præsentando non convenerint, singulis scandis singularem præsentare liceat Candidatum, quod simul fit in litteris præsentationis, a cuiusvis scanni directorio subscriptis. Ex parte Catholicorum b) præsentatio fit ab Episcopis hujus Circuli una cum magistro ordinis Teutonici per litteras a solo Bambergensi Episcopo subscriptis.

## §. 23.

- a) vid. tr. *Von dem Præsentations-Wesen des Fränkischen Kreises, insonderheit dessen Evangelischer Staende, in Sjo. Car. Kenigii Selvitis juris publ. noviss. Tom. I. p. 417. seqq.* Præsentatus nomine hujus Circuli evangelicus Affectus est, Perillustris Chr. L. B. ab VLMENSTEIN qui juravit d. 1. Febr. a. 1774.
- b) Conf. L. B. ab HARPPRECHT St. A. P. V. §. 129. p. 96. sq. 10. JAC MOSERI cit. *Beytrag zu einem Tractat von den præsentationen, in eju. ver*

*vermischten Schriften p. 143.* Catholicus hujus Circuli Affectus est Per-  
illustris Franc. Jos. de ALBINI, junior, qui juravit d. 12. Jul. a. 1775.

§. 23.

Reliquis in Circulis certus quidam observatur *Turnus*. Hi sunt vel mixti Circuli, in quibus a solis Evangelicis hoc jus per turnum exercetur, (Catholici horum Circulorum status alio modo ad jus præsentandi concurrent;) vel pure Evangelici Circuli, in quibus omnes Status inter eos transactum obseruant turnum. Primus inter mixtos, qui jus præsentandi per turnum exercent, est Circulus *Suevicus a*). In hoc post admodum graves lites, Directorio jus præsentandi soli, vel etiam principibus hujus Circuli conjunctim competere allegantibus, Prælatis vero, Comitibus ac Civitatibus Imperialibus contradicentibus, specialia de hac præsentatione inita fuere paſta. Post varios Recessus de annis 1556. 1563. 1572 b) in quibus nominatio per scamna constituta erat, jam anno 1577. ab omnibus Circuli Statibus paſtum, ut catholici unum, evangelici alterum, duo Status Circulum convocantes Constantiensis Episcopus & Serenissimus Dux Wirtembergiae tertium nominarent, sive tres nominati Candidati communis totius Circuli nomine præsentari deberent. Quomodo autem verba hujus conventionis, post factam per pacem Westphalicam separationem præsentationum Candidatorum A. C. additorum & Catholicorum interpretanda sint, valde disputabaturc). Qua lite prolixe recensenda omnino superfedere possum, cum anno 1779. transactione inita penitus sopita fuit (§. 24.)

§. 24.

- a) JO. JAC. REINHARDT Erläuterung des Rechts der Reichs-Kreise, einen Beyzizer des Kaiserlichen und des Reichs-Cammer-Gerichts zu præfentiren, überhaupt; besonstes aber des Schwæbischen- in ejus historischen und juristischen kleinen Ausführungen. P. I. p. 129. sqq.
- b) Dictos Recessus vid. in de LUDOLF. Colloq. p. 360.-364. J. J. MOSER Beytrag zu einem Tractat von den Præsentationen in ejus vermischten Schriften P. I. p. 144-151. FABRI Staats- Canzley T. 88. p. 414. 419. 424. L. B. ULMENSTEIN cit. tr. de jure præsentandi &c. §. 99.-101. p. 51.-54. & in REINHARDT alleg. kleinen Ausführungen. T. I. p. 198-206.
- c) Scripta quæ occasione hujus controverxiæ anno 1740. motæ tam ex parte Serenissimæ Domus Wirtembergicæ quam ex parte Durlacen-

fi



si prodiere, vid. in b. FR. GUIL. TAFINGERT institutionibus jurisprudentiae Cameralis (Tub. 1775. 8.) Sect. I. p. 337. sq. & jo. ST. PÜTTERI introductione in rem judicariam imperii. p. 385. sq.

§. 24.

Si vacans itaque Aſſessoris *Suevici* hodie exiſtit locus, id iſpum Epifcopo Conſtantienſi a Collegio Camerali per litteras ſignificatur de- nuntiatorias, ſi Catholicus præſentandus erit Aſſessor, qui eas re- liquis Catholicis ſtatiibus communicat. Hi eligunt per vota virilia vel unanimia vel majora aut novum quoddam Subiectum, aut id quod Epifcopus Conſtantienſis eis jam propofuerat, aut committunt nomi- nationem foli Epifcopo, qui tum folus in omnibus hiſce caſibus communi totius Circuli nomine nominatum Cameræ præſentata<sup>a</sup>). A. C. addicti vero hujus Circuli Status Ulmæ d. 25. Jun. 1779. de fequenti turno præſentandi introducendo convenerunt<sup>b</sup>), ita ut pri- mo loco præſentaret Sereniffimus Dux Wirtembergiæ, qua Evan- gelicus Circuli Director, II.) Sereniffimus Marchio-Badensis, III.) Sereniffimus Dux Wirtembergiæ ratione terrarum Wirtembergica- rum, IV.) Civitates Evangelicæ hujus Circuli, V.) Ser. Marchio Ba- densis, VI.) Sereniffimus Dux Wirtembergiæ. Præſentatio illa, qua Circulo huic alternis vicibus cum reliquis mixtis circulis vi Inſtru- menti pacis Westphalicæ Oſnabrugensis competere deberet, ſecun- dum hanc conventionem ab eo Circuli Statu ſemper fieri debet, quem ordinarius turnus præſentare jubet; qua de re his verbis tranſegerunt: „Da die in dem Art. V. §. 57. des Oſnabrückiſchen Frie- den-Schlusses gegründete, und in Geſolg des Reichs-Schlusses vom 23. Okt. 1775. in Ausübung zu bringende alternirende Præſentation ei- nes Kaysercrl. und Reichs-Cammer-Gerichts Aſſessoris derer Evan- gelischen Kreife und derer der Augſpurgiſchen Confession verwandten Stände, in denen vermiſchten Kreiſen, vermöge des von dem Corpore Evangelicorum getroffenen Einverſtändniſſes, dem Hochlöbl. Ober- Sächſiſchen Kreife zuerst zu ſtehen, in ſeiner Ordnung aber auch den Hochlöbl. Schwäbischen Kreis betreffen wird; So iſt deshalb verab- redet und verftgeſetzt worden; daß dieser Fall in den ordentlichen tur- num gezogen, ſomit wenn ſich ſolcher ergeben wird, die Ernenning und Præſentation von demjenigen Höchſt- und Löbl. Stande, an wel- chem

chem der turnus ordinarius stehtet, vollzogen werden, und damit sein  
turnus ordinarius für dasmal vollbracht seyn solle, als wornächst  
dann bey dem darauf folgenden turno ordinario der in der Ordnung  
folgende höchste Stand oder obbenannter Evangelischer Theil der  
Städte eintritt, und also ferner ohnunterbrochen fortzufahren hat.,,  
Cuilibet statui in turno suo unum vel duo simul præsentare licet;  
quia autem præsentatio hæc effectu destitui potest, si nempe hic  
haud receptibilis declaretur, vel si deficat & renunciet præsen-  
tationi, vel etiam si mortuus sit, antequam admissus & introdu-  
ctus sit in collegium, hoc in casu aliam ab eodem Statu, quem ordo  
præsentare jam antea postulaverat, institui posse vel Com- vel Ad-  
vel Post-præsentationem nostra statuit conventionio. Litteræ denun-  
tiatoriae a Camera Imperii Directori evangelico missæ Marchioni  
Bädensi & Civitati Ulmeni in Copia communicari debent, isque,  
quem ordo turni tangit, statim de præsentatione monendus est. A  
quo dein Subjecta in termino præsentationi præfixo Directori no-  
minari debent, qui solus eas per litteras præsentationis Collegio  
Camerali præsentare potest, quibus tamen a turnario c) commen-  
datitiae seorsim adhuc jungi possunt litteræ. Ceterum cuique præ-  
sentato ad sumptus itineris ferendos Summa 1000 Florenorum ex  
Cassa Circuli solvitur.

## §. 25.

- a) MOSER in vermischten Schriften P. I. p. 155. REINHARD in kleinen Aus-  
führungen P. II. p. 194. sq.
- b) Conventionem hanc vid. in den neuesten Staats- Begebenheiten mit  
historischen und politischen Anmerkungen von dem Jahr 1780. 6ten Jahrgangs  
11tes und 12tes Stük. p. 1051 - 1060. & in den BOSTELL Beyträgen  
zur K. G. Litteratur und Praxi. P. II. 1. Stük. p. 170 - 177. Conf.  
etiam JO. JAC. MOSERI Zufaze zum neuesten teutschen St. R. P. I. p. 1056.  
Præfens ab Evangelicis hujus Circuli statibus præsentatus Aßessor est,  
Perillustris atque Generofissimus JO. HENRICVS L. B. ab HARPPRECHT,  
Senior totius judicii Cameralis, præsentatus jam est anno 1740. sed ju-  
ravit demum d. 5. Apr. 1745. Catholicus Aßessor hodie vacat, in  
eius locum autem præsentatus est III. CAR. CASPAR de HERTWICH,  
Electoris Trevirensis Confiliarius Aulicus.
- c) Liceat mihi brevitatis ergo hac voce uti que ex jure Canonicō de-  
sumpta est; in capitulis enim, quæ collationibus præbendarum gaudent,  
introducto turno, is Canonicus, quem ordo turni tangit, turnarius  
vocabi solet.

D



---



---

 §. 25.

In possessione Juris præsentandi Catholicum Assessorem nomine Circuli *Rhenani Superioris a)* sunt Capitula: Wormatiense, Spirensse & Argentoratense, quæ vel de communi præsentando conveniunt, vel quodvis eorum nominat proprium suum præsentatum *b)*. Evangelica autem præsentatio exercetur a Principibus Secularibus & quidem per sequentem turnum, in pacto die 30. Maij a. 1711. determinatum *c)*: Primo loco nominat Comes Palatinus Simmerensis, post hujus excessum Elector Palatinus, II.) Dux Bipontinus, III.) Landgravius Hasso-Cassellanus, secundum pactum de 16. Febr. 1711. *d)*, IV.) Comes Palatinus Simmerensis, V.) Dux Bipontinus, VI.) Landgravius Hasso-Darmstadiensis; falvo tamen reliquorum, qui saepius *e)* contradixerunt, Statuum jure, in ipso Recessu Imperii Novissimo ipsis reservato *f)*. Secundum pactum d. 30. Maij 1711. in Casu alternationis per IV. Circulos, præsentatio semper ab eo fieri debet, quem ordinarius turnus præsentare postulat (*§. 24.*). Quivis sine concursu alterius statutum solum præsentare potest *g)*, terminum autem præsentationis præterire non debet, in casu enim moræ semper sequentem statutum in hujus vicem præsentare jubet saepius jam allegatum pactum.

- a) *Adequate Bericht von dem Præsentations-Recht zu den Reichs-Cammer-Gerichts Beyziser-Stellen, nach dem Herkommen des Oberrheinischen Kreises, in Perill. FR. CAR. L. B. de MOSER kleinen Schriften, zur Erläuterung des Staats und Völkerrechts, wie auch des Hof- und Canzley-Ceremoniels IX. Band. (Fr. 1661.) IIIte Abhandl. p. 139-266.*
- b) *R. J. N. §. 33. „In dem Ober-Rheinischen Kreis sollen diejenige Fürsten, welche bisher die Præsentation verrichtet, benanntlich Worms, Speyer, Strasburg, Pfalz-Simmern, Zweybrücken und Hessen selbige ebenmäsig hinführen verrichten.“, in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 647.*
- c) *Pactum inter principes Circuli Rhenani Superioris, de servando in præsentationibus ordine initum d. 30. Maij 1711. exhibet Perill. FR. C. de MOSER l. c. p. 223 - 227. & de LYDOLFE in append. ad Colloq. p. 395.*
- d) *Hassiae Landgravii, Cassellanus & Darmstadiensis. d. 3. Octobr. 1710. & 16 Febr. 1711. pacti sunt de observanda in præsentationibus, vi dicti turni ipsis tangentibus, alternatione, quæ pacta vid. apud FR. C. de MOSER, l. c. p. 204 - 222. In ultimo hoc pacto d. 16 Febr. 1711. conventum etiam fuit, quod Domus Hassio-Cassiella præsentando initium facere debeat.*

- e) Comites Wetteraviae & Urbes Imperiales hujus Circuli jus præsentandi sibi quoque vindicabant contra Superiores status Circuli, penes quos hujus juris exercitium haftenus fuit. Urbium Imperialium in specie allatas rationes referunt Roding in Pandectis Cam. Lib. IV. tit. 3o. §. 11. & L. B. ab VLMENSTEIN in s̄epius alleg. tr. de jure præsentandi &c. §. 103. ad hæc vere redeuntes 1) quia ad sustentationem Cameræ contribuant, & 2) præsentatio toti Circulo adjudicetur, non vero foliis Principibus, 3) in aliis quoque Circulis, in specie vero in Franconico, Civitates non excludantur, sed adjungantur, O. C. P. I. tit. 2. §. 1. 4.) Civitates, vigore Instrumenti Pacis in omnibus tam circularibus, quam generalibus conventibus votum decisivum habent. 4) Argumentum porro ducitur a majori ad minus sic conceputum: Civitates Imperiales sunt, juxta cum aliis statibus, Visitatores Cameræ, R. J. de a. 1532. tit 2. §. 3. R. J. N. 1654. §. 130. quod plus est quam nominare & præsentare. R. Deput. Spirenſis de a. 1557. §. 4.
- f) R. J. N. §. 33. post verba not. b) adducta, hæc addit: „jedoch den übrigen Fürſten und Ständen jelligen Creyfes, so an dem jure præsentandi zu partcipieren vermeinen, ihre Beſugniß zu ſuchen unbenommen, auch den andern Creyfes in diesem paſſe ſo wenig durch dieſe Verordnung, als obenangeführte Urſach, keineswegs præjudicirt feyn; hingegen wollen die Reichſtadte erſtgedachten Creyfes ſich von ſolchen iure præsentandi nicht ausſchließen läſſen, und beziehen ſich auf die vor gegangene contradictiones.“ Episcopus Fuldenſis d. 1. Aug. 1777. denuo in Collegio Principum antiquas reliquorum hujus Circuli statuum prætentiones in medium, reservatione hac nitens, protulit. vid. JO. JAC. MOSERI Zufäze zum neuen teutchen St. R. P. I. p. 1054.
- g) Catholicus hujus Circuli Aſſessor est: Perill. FRIED. JOSEPHVS de SCHMITZ, qui juravit d. 5. Febr. a. 1774. In locum nunc beati Aſſessoris Evangelici GEORG. PHILIPPI FLEKENBÜHL genannten BÜRGEL, Landgravius Haffo - Caſſellanus in turno præsentavit Confiliarium ſuum in Supremo Appellationum Tribunali Caſſellano, Ill. a MEYER.

### §. 26.

Directores a) Circuli Rhenani Inferioris ſive Westphalici b) ſibi foliis vindicare quidem voluerunt jus præsentandi nomine totius Circuli in poſſeſſione vel quaſi ejus leſe fundantes, ſed contradixerunt reliqui iſtius Circuli ſtatus c). Cum huic controverſiæ poſtea lis accederet, inter ipſos Directores agitata de ſucessione Juliaciensi, prorsus, teſtante. R. J. N. 1654. d) quievit, nec uſque ad noſtra tempora exerceri potuit hæc prætentatio. In Comitiis Circularibus Coloniae a. 1703. habitis, Legati ſtatuum Evangelic-

D 2

co-

corum, hanc litem, proposita transactione e) componere allaborabant; sed ratam eam non habuere principales f). Tandem Rex Borussiae, ad bonum Imperii publicum hac quoque in re intentus, posthabitatis juribus, quæ antea sibi qua Circuli Directori compete-re defenderat, cum reliquis Evangelicis hujus Circuli statibus de Evangelica præsentatione alternativam exercenda Coloniæ d. 26. Octobr. 1779. g) transactionem inicit, vi cuius in posterum haec præsentatio sequentem in modum institui debet. Et quidem I.) Dux Cliviæ, qua Evangelicus hujus Circuli Director, II.) Episcopus Osnabrugensis alternative cum Principe Verdensi, si nempe Capitulo Osnabrugensi Evangelicus præfet Episcopus, alias Verdensi soli secunda competit præsentatio, III.) Rex Borussiae nomine Principatum in Circulo Westphalico sitorum, alternative cum Domibus Nassovicis, & denique IV.) omnes Evangelici Comites una cum Civitate Dortmund conjunctim secundum pluralitatem Votorum h), præsentant. Catholici hujus Circuli status, me sciente quidem, nunquam i) de peculiari modo præsentandi inter se convenerunt, quæ licet ita se habeant, tamen anno 1781. jus suum præsentandi exercuerunt; præsentarunt nempe Mense Maii anni elapsi omnes principes, comites & civitates catholicæ religionis, excepto & contradicente solo Electore Palatino qua Duce Juliane, Consilia-rium intimum & Aulicum Hildesiensem III. AD. a STEIGEN-TESCH, cujus admissionem ad examen generale & speciale Camera sub Clausula salvo jure cujuscunq; decrevit. Paulo post Elec-tor Palatinus qua Dux Juliane præsentavit III. Dominum CRAMER a Clauspruch, Filium Auffessoris (ab Electore Colonensi præsentati) JOH. ARNOLDI HENRICI JOSEPHI CRAMERI a Clauspruch, qui etiam, Judice quamvis Cameræ absente, salvo jure cujuscun-que ad examen generale & speciale admissus est.

a) Directores hujus Circuli sunt: Episcopus Monasteriensis & Juliacensis, hodie Electores Brandenburgicus & Palatinus, ut Succelfores possi-dentes Ducatus Juliacensis.

b) Ill. de BALEMANN in Beytraegen zur Revision und Verbesserung der fünf ersten Titeln des Conceptus der Kaiserlichen K. G. O. I. Abth. p. 115 - 129.

c) Director ex parte Catholicorum, Episcopus Monasteriensis præsen-tavit 1656. Lic. ARNOLDVM TIEGEDER; & ex parte Protestantium præ-sen-

- fentatus est 1695. ab Electore Brandenburgico MATTIAS DE ZERNE-  
MANN, sed statibus contradicentibus recepti hanc sunt. vid. eit. *Bey-  
traege zur Revision &c.* I. Abth. p. 125. L. B. ab ULMENSTEIN tr. de  
præsent. §. 104. p. 56. JO. JAC. MOSERI vermiscte Schriften P. I. p. 199.  
d) R. J. N. §. 31. „Und nachdem bishero in dem Niederhernischen West-  
„phaelischen Kreis, deren über die Gültischen Lande ob schwebender Diffi-  
„ferenzen halber die vacirende Aßfessorat - Stellen hiebevor unbekext - ver-  
„blieben, so sollen dieselben Lande, und des Auschreibenden Fürsten  
„Amts halber im Streit begriffene Herrn Interessirten, in längerer An-  
„staltung unferer Kaiserlichen Decision, oder des im Friedensschluss veran-  
„stalteten gültlichen Vergleichs, sich selbst vergleichen, oder diejenige, sel-  
„bigen Kreises Stände, denen das Jus presentandi mitgebühret, mit  
„Vorbehalt eines jeden Recht die Praesentation zu Werk richten.. In  
der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 647.  
e) Transactionem hanc vid. in *Beytraegen zur Revision &c.* I. c. p. 126.  
L. B. ab ULMENSTEIN tr. de præsent. §. 105. p. 56. sq. JO. JAC. MOSERI  
vermiscte Schriften, P. I. p. 199 - 201.  
f) Unde nec admitt Camera, quem vigore hujus transactionis 1710.  
præsentaverat Rex Borussiae, ut Dux Cliviae & Director Circuli Evan-  
gelicus, JOANNEM CASIMIRVM de ZACHMANN, conf, L. B. ab ULMEN-  
STEIN tr. de jure præf. §. 106. p. 57.  
g) Neuige Staatsbeghehnheiten mit historischen und politischen Anmerkungen  
von dem Jahr 1780 6ter Jahrgang 10tes Stück p. 928 - 932. v. BOSTELL  
*Beytraege zur K. G. Litteratur und Praxi* P. II. Stück I. p. 177 - 199.  
h) Sic etiam Rex Borussiae qua Dux Cliviae & Evangelicus Circuli Direc-  
tor præsentavit anno 1780. ill. jo. FR. ALB. CONST. NEVRATH,  
Landgravi Hafsiæ in Supremo Appellationum tribunali Darm-  
stadtieni Conflarium, v. JO. JAC. MOSERI alleg. *Zu/azee zum neuen teut-  
schen St. R. P. I. p. 1059.* sq. Contradicitioni tamen, quam Perill.  
MOSERVS h. l. allegavit, novissime renunciavit Director Catholiceus Pa-  
latinus occasione Conclusi Corporis Evangelicorum (§. 17.)  
i) Directores Catholicos novissime circa præsentationem Aßforis hujus  
Circuli Catholicici conveniente, scriptit JO. JAC. MOSERVS in *Zusæzen*  
zum neuen teutischen Staats-Recht. P. I. p. 162. in fin.

§. 27.

Nunc tractationis ordine ad pure Evangelicos pervenimus  
Circulos, in quibus omnes status præsentantes transactum obser-  
vant turnum. Circuli Saxonici, superior & inferior, olim in præsen-  
tando sub unius Saxonici nempe & sexti Circuli nomine comprehensi  
fuerunt a). Diviserat quidem hunc Circulum Maximilianus I. a.  
1512. in Comitiis Coloniensibus & Trevirenibus (§. 6.), sed  
in

D 3





in puncto præsentationis usque ad Pacem Westphalicam hujus divisionis nulla fuit ratio habita. In Pace Westphalica *Circulo Saxonico Superiori* (§. 13.) quatuor præsentationes & una alterna-tiva cum Inferiori Saxonie Circulo adjudicatae sunt, de quibus excedens deliberaverant b) status hujus Circuli in Comitiis Circularibus 1654. c) Lipsiae habitis. Turn autem, per quem secundum Recessum Circuli 1654. ejusque Art. IV. jus præsentandi in hoc Circulo exercetur, series sequens est: I.) Electoratus Saxonius II.) Electoratus Brandenburgicus d). Domus Saxonicae: III.) Altenburgensis, IV.) Vinariensis, V.) Gothana, VI.) Coburgensis, VII.) Ifenacensis. VIII.) Pomerania citerior, IX.) Pomerania ulterior, X.) Camin suo loco & ordine e), XI.) Principatus Anhaltinus, XII.) Abbatia Quedlinburg, Gernroda & Walkenried conjunctim, XIII.) Principatus Querfurtensis f), XIV.) Comites & Barones g) curiatim. Finitus hoc modo turnus eodem denuo incipitur ordine h).

a) de antiqua hujus Circuli, ante P. W. & Rec. Circ. 1654. usitata præsentatio-ne vid. L. B. ab ULMENSTEIN in tr. de præsent. §. 108--110. De jure præsentandi, Circulo Saxonie superiori competente vid. HENR. GOTTL. FRANCKEN in præfatione ad Volumen VI<sup>th</sup> der neuen Europäi-schen Staats - und Reise - Geographie, worinnen die Lande des Ober-Sachsenischen Kreises vorgefleitet werden.

b) Legati Brandenburgici & Suecici ratione Pomeraniae citerioris præ-sentationes Circulo in corpore attributas, Electoribus & Principibus hujus Circuli in perpetuum vindicare nitebantur, sed a reliquis statibus per majora conclufum fuit, ut præsentationes Circulo adjudicatae ambulatoriae essent, & secundum ordinem & numerum votorum siant, ita tamen ut Comites & Barones una saltim curiatim, & Abbatia Quedlinburg, Gernroda & Walkenried conjunctim iridem una gaudenter. Ordo quidem Comitum ac Baronum & Concluso huic contradixit, vo-luitque, ut ipsi aut duæ præsentationes in Ordine ambulatoriae, aut una perpetua attribueretur; quia autem nunquam aliquid obtinuit, tandem acquievit. Universum modum, quo res haec gestæ sunt, cum ætis publicis vid. in jo. JAC. MOSERI vermischten Schriften. P. I. p. 201--227.

c) Recessus Circularis d. 28. Nov. 1654. passum hue pertinentem vid. in de BALEMANNI Beytragen zur Revision &c. P. I. p. 129. sg. de LVDOLF. in colloq. p. 350. & de BOSTELL in Beytragen zur K. Ger. Litteratur und Praxi P. I. p. 228.

d)



- d) Quamvis Elector Saxonius & Brandenburgicus primi inter præsentantes fuerint, tamen pauci sunt, ut reliqui Saxonice gentis principes hujus præsentationis initium facerent, cum autem post præsentationem Isenacensem Elector Brandenburgicus & Saxonius neglegam suam præsentationem supplere vellent, super ea, nova enata est lis anno 1724. quum Poloniæ Rex, Elector Saxonie hujus circuli nomine præsentaret, & mox alia præsentatio a Rege Sueciae Ducatus Pomeraniae citerioris nomine celebrata fuerit. Vid. de hac lite Jo. JAC. MOSERI *vermischt Schriften*. P. I. p. 229-278, & FABRI *Staats-Canzley* tom. 53. cap. 18. p. 533-562. tom. 54. cap. 9. p. 398-423, tom. 55. cap. 10. p. 295-326.
- e) In Concluso Imperii de a. 1668. locus ejus determinatus est, ita ut in Comitiis post principatum Schwerin & ante Ratzeburg convocetur.
- f) Comitus Querfurtenis 1664. dignitate principali ornatus accepit simul votum & fessionem in scanno principum communis omnium statuum Circuli Saxonici superioris consensu in Comitiis Circularibus. Hanc ob causam Elector Saxonie qua princeps Querfurtenis statim post principes Saxonicos jus suum præsentandi virile exercere voluit, quia duces atque principes Pomeraniae citerioris & ulterioris, Camin, Anhalt, atque Abbatia Quedlinburg, Gernroda & Walckenried contradicebant, ille hac vice in reservatione jurium unice substitut. Cum GEORG. ERNEST. LVD. a PREVSCHEIN mense Septembri 1778. manus Affessoris Cameralis resignaverat, super novo ab hoc Circulo præsentando subiecto enata est controversia inter Electorem Saxonie, qua principem Querfurtenis, & inter Comites atque Barones hujus Circuli, cuius descriptionem cum documentis exhibet de BOSTELL in alleg. *Beytraegen zur K. G. Litteratur und Praxi*. P. I. p. 223. 267. Postea autem non solum Elector Brandenburgicus, Dux Pomeraniae ulterioris & Camin, Dux Alteburgensis & Gothanus, Vinariensis & Isenacensis, Coburgensis & Meiningensis, principes Anhaltini pro se & nomine Gernroda, Dux Guelferbyto - Brunswicensis nomine Walckenried, tandem Quedlinburg concederunt Electori Saxonie facultatem nomine Querfurti jus præsentandi virile exercendi, sed etiam Comites & Barones juribus suis renunciarunt.
- g) Barones hujus Circuli erant: a Reufs, a Plauen, & a Schoenburg, vid. Jo. Jac. MOSERI *vermischt Schriften* &c. P. I. p. 205, qui autem omnes postea Comitis dignitate ornati sunt.
- h) Hodie hujus Circuli, nomine Caminii, præsentatus Affessor est Perillibris & Generosissimus CAROLVS GORGIVS A RIEDESEL E. B. AB EISENBACH, qui juravit d. 19. Dec. 1778. Alter vacat. Praefentatus vero adhucdum est, præter alternativam præsentationem, quam Abbatia Quedlinburg, Gernroda & Walckenried exercuerunt (§. 18.), ab Electore Saxonico qua Principe Querfurteni, Ill. Dn. AVTENRIED, Electoris Saxonie Confiliarius, in Supremo Appellationum tribunali Dresdensi.

§. 28.



Jam ante P. W., tempore quo Circuli Saxonici, Superior & Inferior, sub unius Circuli Saxonici nomine comprehensi erant, præsentationes per Directoria fuerunt factæ *a)*. Quum denum per P. W. Circulo *Saxonico inferiori* concessum esset jus præsentandi, nec tamen ibi modus id exercendi definitetur, de observando ordine quodam in hoc præsentationis negotio jam actum fuit in Comitiis Ratisbonensibus a. 1653. *b)*. Sed nulla ibi facta est convention; hinc per Recessum Circularēm d. 4. Decembr. a. 1654. Art. IV. *c)* provisorie distributæ fuerunt quatuor huius Circuli præsentationes, una cum alternativa, ex quo enatus est sequens turnus: I.) Dux Magdeburgicus, II.) Dux Bremensis, III.) Universa domus Brunsvico-Luneburgica, IV.) Dukes Megapolitani & Holstiae *d)*. Præsentatio illa (§. 19.), quæ Circulo huic alternis vicibus vi Instrumenti P. Osnabrugensis competere deberet, civitatibus imperii in eo fitis, nempe Lubecæ, Goslariae, Mühlhusæ & Nordhusæ, relicta est. Finito hoc turno, cuilibet Statui illius Circuli competere videtur jus præsentandi, quia constitutio hæc provisoria tantummodo & temporalis fuit. Dictus ille Recessus Circularis quidem reliquis Circuli Statibus jus præsentandi ad futuram reservavit deliberationem, in sequentibus autem conventibus Circuli 1657. 1662. 1664. 1671. 1673. *e)* res componi non potuit. Postea super præsentatione Halberstadiensi & Lauenburgica *f)*, ut & Hildesiensi *g)* plures ortæ sunt controversiæ, quæ decidi non potuerunt, ita ut turnus ille provisorius non solum de novo inchoatus, sed etiam per ultimam a Duce Megapolitano factam præsentationem *h)* iterum finitus sit, & expectandum erit, annon turnus denuo inchoetur, an vero jus præsentandi omnibus hujus Circuli Statibus relinquatur.

*a)* Quod testantur litteræ Brandenburgicae ad Circulum Inferioris Saxoniae d. 28. Nov. a. 1654. apud Jo. Jac. MOSER in ejus *vermischtien Schriften* P. I. p. 94.

*b)* De MEIRERN acta comit. Ratisb. tom. I. lib. 2. §. 8. p. 283. sq.

*c)* Recessus hujus Circularis de a. 1654. Articulum IV. exhibet de BALEMANN in *Beyträgen zur Revision E&c.* P. I. p. 138. L. B. ab VLMENSTEIN in tr. de præsent. §. 118. p. 63. de LVDOLF in colloq. append. *d)* Du-

- d) Duces Holstiae, Gottorpensis & Tychopolensis a. 1726. de alternativa in praesentando inter eos observanda convenerunt, per communionem autem a. 1768. factam acquirebat Dux Tychopolensis universam Gottorensem provinciam, qua conventio haec alternativae rescindebatur. Quo facto Dux Megapolitanus & Holstiae noviter a. 1776 de observanda in presentationibus, vi dicti turni ipso tangentibus alternativa pauci sunt, secundum quam Conventionem Domus Megapolitana praesentando initium facere potuit, quia Dux Holstiae jam a. 1728. solus praesentaverat. Conf. de BALEMANN in *Beytraegen zur Revision Ec.* p. 146.
- e) Extractus horum Recessuum Circularium vid. in JO. JAC. MOSERI vermischten Schriften. P. I. p. 97. 116. 123. 127.
- f) Nomine terrarum Halberstadiensium & Lauenburgicarum a Borussiae & Brittannia Regibus plures factae sunt presentationes, unde magnae oriebantur controversiae a. 1724. Domus Holstica opposuit se his presentationibus in deductione, cui titulus: *Kurze Nachrichten von den Nieder-Sachsenischen Kreises Präsentationen zum Auffessorat Ec., in Reichsfama tom. 9, pag. 515. sqq. REINHARD in den kleinen Ausführungen* P. I. p. 154. not. x.
- g) Unico hujus Circuli Evangelici Statu Catholico, Episcopo Hildesieni si jus praesentandi ex eadem denegatur ratione, ob quam illo carent status Augustianæ confessionis in Circulo Bavario (§. 21.). Pro presentatione candidati ab Episcopo Hildesieni facta prodierunt: *Deduction des Hochstift Hildesheimischen juris praesentandi Auffessorum Cameræ Imperialis, & quidem A. C. addictum. Wetzlar 1731. in Reichs-Fama tom. 9, p. 530--575. & in FABRI Staats-Canzley tom. 60. cap. 9. n. 1. p. 491--544. Wiederholte Deduction des Hochstift Hildesheimischen juris praesentandi Auffessorum Cameræ Imperialis & quidem A. C. addictum 1732. JO. JAC. MOSERI Beytrag zu einem Tractat von den Präsentationen zu den Auffessorat-Stellen bey dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gericht, in ejus vermischten Schriften über mancherley, das teutsche Staatsrecht betreffende Materien. (Frankf. und Leipz. 1713. 8.)* P. I. p. 42. sq. Conf. ejus Nebenfundum P. II. p. 259. sq. Contra hancce præsentationem directa est JO. PAUL. KRESSI Dis. de jure praesentandi Auffessorum Cameralem in genere, & in Circulo Saxonie Inferioris in specie. (Helmst. 1734. 4.) p. 65. sqq.
- h) Hodierni hujus Circuli Auffessores sunt: PERILL. FRANC. DIETER. A. DITFVRTH, præsentatus ab universa domo Brunsvicensi, juravit d. 28. Jun. a. 1778. & Perill. ADOLPH. FRIED. REINHARD, præsentatus a Duce Megapolitano, juravit d. 11. Mart. a. 1780.

---

**CAP. III.**

---

**§. 29.**

Ad penitorem nunc hujus turni in præsentationibus a circulis instituendis maxime usitati indagationem, postis hisce in Cap. I. & II. fundamentis historicis progredior. Quem in finem post generaliorem de turno tractationem, ipsius conventionis, qua turnus stabilitur & firmatur, indeoles, ejusque diversa ratio, quæ ob ipsam Circulorum differentiam semper eadem esse nequit, investiganda mihi erit. Turnus itaque vel *alternatio* sensu latissimo est ordo inter plures conspicuus, quo quisque vice sua quidpiam peragit. Vocabæ hæ ab alternare & tornare derivari possunt, ut & Gallicum verbulum *tour*, unde phrasis Gallicana *tour a tour*, *chacun a son tour*, & Italicæ *l'un dopo l'altro*, eundem habent sensum. Opponitur turno, si de exercendo a pluribus jure quodam sermo est, simultaneum hujus juris exercitium.

**§. 30.**

Optimus profecto, isque ad evitandas innumeratas discordias tam præsentes quam futuras, litesque præcidendas, aptus maxime modus est, ad applicatio *Turni* seu *Alternationis a*). Qui ob utilitatem suam in omnibus pene iis casibus, ubi plures circa exercitium alicujus juris vel prærogativæ concurrunt semper locum invenit. Jam antiquissimis-apud Romanos b) ut & recentioribus c) temporibus turnum seu alternationem remedium tollendarum litium fuisse, historia nos docet. Ejusque usus in jure Civili tam Romano d) quam Canonico e), æque ac in jure publico quam maxime frequens est. Condomini territoriales, si eis ex omnibus modis administrationis aut gubernationis communis territorii nullus allubescit, ad divisionem exercitii condominii per alternas vices & ut plurimum per temporum subalternationem procedere olim solebant, qui modus administrandi germanice appellari solet: *die Mutschierung*, vel ut alii loqui amant, *die Mutscharung* f). Nec vero folis condominis placuit turnus seu alternatio, sed etiam in aliis Imperii Germanici negotiis assensus ei negari nequit. Inter Ele-

cto-

etorem enim Moguntinum & Colonensem per transaftionem d. 16 Jun. 1657. convenit g), ut in posterum in sua cujusque propria diœcesi alteruter solus, ubicumque alibi alteruter alterna vice actum coronationis Imperatoriae perageret. Etiam in Comitiis Circularibus h)ut & Imperii nostri generalibus, cum multæ alterationes de præcedentia i), fessione k) & voto l) diu, utrisque in collegiis Electorum m) & Principum, atque in hoc tam inter utraque fcama n), quam inter singulorum membra o) agitate fuissent, tandem remedium hoc alternationis lites compofuit. Nec tamen usum turni seu alternationis in Augusto Cameræ Judicio, etiam in aliis, quam quæ ad præsentationes attinent, negotiis, silentio plane præterire poſsum. In audientiis nempe, non ſolum Præſides alternando per hebdomades eis præſidere debent, ſed etiam Aſſeffores alternant juxta ordinem quendam, quem audientiarum vocant, qui probe diſtinguendus eſt, ab ordine ſententiarum, ſecundum quem nempe tres alii Aſſeffores adhucdum accedunt, ſi contra Statum imperii publicanda eſt ſententia. Sic quoque duo deputati ad caſſam conſtituti in exercitio officii ſui ſingulis alternant annis. Et in feflionibus pleni alternat præſentatus Trevirensis cum præſentato Colonienſi ſecundum mēnſes p). Hisce exemplis q), ne ni-mis a proposito meo digrediar, unicum tantum & quidem novifum apponam; in concluſo enim Imperii de a. 1775. §. 1. conſtitutus fuit turnus inter aſſeffores quoad relationes recitandas obſervandus.

a) Jo. Phil. SLEVOGT Diff. de alternatione Germanis Mutschierung. Jenæ 1742. 4.

b) vid. SLEVOGT l. c. §. 15. sq. p. 13. 14.

c) Exempla congetua vid. in STRUVIT Corpore Jur. Publ. cap. 31. §. 22. p. 1179. sq. & in ESTOR Diff. de terrar. partit. p. 44. sq. SLEVOGT l. c. §. 17. sq. p. 15.

d) L. 7. §. 10. L. 19. §. 4. L. 23. comm. div. L. 16. §. 2. fam. ercisc. L. 5. §. 1. de fervit. L. 2. pr. L. 28. quibus modis uſuſr. amitt. L. 7. quemadmo. ferv. amitt. L. 4. & 5. de aqua quot.

e) Sunt etiam hancce in ſententiā textus juris Canonici, in Clement. 2. de jure patronat: Pontifex Maximus Clemens V. præſentationem turnariam permittens, exprefſe hi verbis diſponit: „-- & (ut facilius, proideatur ecclieſis) non inconveniens reputamus, patronos inter ſe „poſſe libere convenire, de Rectore ab eis alternis vicibus præſentan- „do, „ De beneficiis quoque ſtatuit gloſſa, poſſe ea per vices men-

fium vel alternis annis a pluribus conferri. Arg. c. ult. de praeb. in 6. vid. Consultissimi AVG. LVD. SCHOTTII (Professoris quondam Tubingenensis nunc Erlangensis) Dissert. sistente observationes ex jure patronatus ecclesiae pluribus competente, speciatim de praesentatione per turnum. (Tub. 1778.)

f) MICH. GRASS. Diss. de jure condomini territorialis extra tempus administrationis, per alternas vices quae condominii competit, constituti. Tub. 1717. & saepius jam alleg. SLEVOGT Diss. de alternatione Germanis Alutskierung. Peril. JO. STEPH.. FÜTERVS in primis liniis juris privati principum speciatim Germaniae (edit. 1780.) L. I. c. IV. §. 32. p. 65. sq.

g) Verba transactionis alternationem hoc in negotio indigitantia sunt sequentia: da aber außerhalb dieser beyden obgedachten Erzbischöflichen, Maynitz und Cölln, die Krönung, in einigen deren unterhabenden Bey-Bischöflichen, oder in andern außer den Erzbischöflichen Maynitz und Cöllnischen Landschaft gelegenen Erz- und Bischofser, geschehen würde, alsdann soll diese umwechsellich von beyden Herren Churfürsten zu Maynitz und Cölln verrichtet werden &c. vid. SCHMAVSI Corp. Jur. Publ. (edit. 1774.) p. 1030. CHRIST. SIEGFR. FRITSCHI Diss. de jure alternandi inter status Imperii, & de præcedentia sessionis & voti certantes, recepto. (Altdorf. 1691.) p. 21.

h) Sic e. g. in Comitiis Circularibus inferioris Saxoniae alternant Directoria. Porro alternatio inter nonnullos Imperii status obtinet, tum ratione voti & sessionis in Dietis Circularibus, tum ratione Directoriorum in causis universæ familie concernentibus.

i) Inter Domum Austriacam, Archiepiscopum Magdeburgensem & Salisburgensem superioribus seculis acerrima agitabatur contentio, quum unusquisque eorum pro Directoriis, sessionis & voti prærogativa sibi competente, omnibus pugnaret viribus. Duravere haec lites usque ad Caroli Vti tempora, cuius interpositione remedium *alternationis* tum quoad sessionem & votum, tum quoad Directorium secundum materias introduxerunt, & quidem inter Archiduces Austriae & Archiepiscopum Salisburgensem. Conf. b. GOD. DAN. HOFFMANNI Diss. de Capitulo Salisburgeni fide vacante Collegium Principum dirigente. Tub. 1772.4 §. 1.

k) Ob paritatem dignitatis priscis jam temporibus inter Germaniae Episcopos, Herbipolensem & Wormatiensem ratione sessionis viguit controversia. Composita autem hac disceptatione remedium alternationis placuit, ita ut in Senatu Principum Herbipolensis & Wormatiensis Episcopus a sessione ad sessionem alternet. Eandem hancce alternationem inter se invicem introduxerunt Episcopi Leodienis, Mona-

- steriensis & Osnabrugensis, si nempe Episcopus Osnabrugensis Romano-Catholicæ religioni est addicetus.
- i) Quinque domus Saxonice, Vinariensis, Isenaeensis, Coburgensis, Gothana, Altenburgensis, alternum, quem a sessione ad sessionem obseruant, votorum ordinem introduxerunt.
- m) In Collegio Electorali, alternatio ab Elektor Trevirensi & Coloniensi introducta fuit, quæ autem tantum ad sessionem est restricta; Trevirensis enim Elector semper primus sententiam dicit. Jo. Jac. MOSER *von den teutschen Reichsständen &c.* P. II. C. I. §. 75. p. 424. sq.
- n) Generalis hæc alternatio singulorum utriusque sciamni membrorum in eo consistit, ut Sub-Marescallus Imperii vel hodie Director Collegii Principum primo quidem loco provocet Principem e Scamno Ecclesiastico primum, hujus autem voto explorato, ad sciamnum seculare transeat, hoc auditio rursus ad sciamnum ecclesiasticum, dehinc rursus ad Seculare sele convertat, & sic alternando singulorum vota colligat.
- o) Plures principum familie antiquas de precedentia & ordine votorum habuere controversias, quas tandem variis de singulari observanda alternatione composuerunt conventionibus, unde per excellentiam familie alternantes vocari solent. Quæ quidem ex pacto de a. 1576. sunt: 1) Serenissimi Duces Wirtembergiae, 2) Dukes Pomeranie, quos extinctos nunc repræsentant Sueciæ & Pruliæ reges, 3) Hassia Landgraviæ, 4) Badenses Marchiones. Deinde a. 1640, novo accessit pacto, 5) familia ducum Megapolitanorum; a. 1740, tandem accessit 6) familia Ducum Holstiaæ. vid. Perill. Jo. STEPH. FÜTTERI *institutiones juris publici* §. 97. p. 89.
- p) Perill. L. B. ab HARPPRECHT *Cammer-Gerichts St. A. T. V.* p. 22.
- q) Praesentati candidati in numerum Assessorum, recipiuntur etiam secundum turnum quandam, quem in actis publicis *Circulationem* vocari supra (§. 17.) jam constat.

### §. 31.

Ex pluribus hisce exemplis jam vidimus, applicationem turni seu alternationis optimum evitandarum discordiarum remedium esse, quod etiam in dissensu plurium statuum cuiusdam Circuli super presentatione Assessoris Cameralis maximum præstat usum, ita ut singuli status alternis vicibus actum præsentationis nomine totius Circuli exercant. Vocatur hic modus *Turnus præsentationis*, seu *Præsentatio Assessorum Cameralium per Turnum*; ad cuius illustrationem observationes quasdam adferre superfluum non esse credidi. *Turnus Præsentationis* ergo est modus, vi cuius fa-

E 3

cul-



cultas juris præsentandi Assessorem Cameralem ita inter plures compræsentantes exercetur, ut unus hac, alter altera vice, qua exercendi occasio datur, solus hoc jure fruatur.

## §. 32.

Etsi quavis data occasione, ubi plures Assessorem Cameralem simul denominare debent, alternativa præsentatio locum habere possit, & sic turnus præsentationis inter Electores quoque obtineat (§. 17.), de Circulorum tamen præsentationibus unice sollicitus in his mili subsistendum erit. Nec vero hic turnus unus idemque deprehenditur, sed ex diversa tum Circulorum tum juris præsentandi ipsius indole plures hujus turni nascuntur species. Est enim vel *turnus Circulorum*, ubi quidam Circuli præsentando inter se alternant, cuius rei exempla in (§. 19.) recententur, vel *est turnus inter unius Circuli status*, & quidem vel inter ejus Directores, qui in Circulo Bavario exstat (§. 21.), tunc *Directorialis audit*, vel inter reliquos Status singuli Circuli. Hic iterum in diversas abit Species. Aut enim omnes & singuli cuiusdam Circuli status jure designandi Assessores gaudentes alternis vicibus præsentant, id quod fieri solet in Circulo Saxonico Superiori (§. 27.), tunc turnum hunc *generalis* vocare poteris; vel a pluribus Circuli statibus turnus in præsentando observatur, quem non in mixtis solum Circulis sed etiam in Circulo Saxonico Inferiori (§. 28.) invenies, tunc *particularem* turnum appellare fas erit; qui plerumque pro Circulorum mixtorum conditione in turnum *Catholicorum & Evangelicorum* Circuli Statuum dispesci potest. Si denique duo tantum Status Circulares in ipsa turni generalis vel particularis serie jam constituti peculialem alternativam inter se observant, *particularissimum* vocare haud dubito; quem observant Landgravii Hasso-Cassellanus & Darmstadiensis in Superiori Circulo Rhenano (§. 25.); in Circulo Westphalico: Episcopus Osnabrugensis & Princeps Verdensis, atque Rex Borussiae nomine Principatum in hoc Circulo sitorum & Domus Nasovicæ (§. 26.); & tandem Domus Megapolitana & Holsatiæ in Circulo Saxonico Inferiori (§. 28.). Ratione durationis turnus est vel *perpetuus*, ubi turnus nunquam cessat, & semper finito turno ille denuo eodem in-

incipitur ordine; vel *temporalis*, si forte turnus ad certum quendam eventum usque introductus est, vel ubi generatim, absoluta unica turni serie, res in primitum reddit statum, & nullus adest turnus, nisi noviter de eo observando vel expresse vel tacite convenient Status, qualis in Circulo Saxonico Iusteriori est introductus (§. 28.). Nec tandem distinctionem in aequalem & inaequalem turnum plane inanem esse puto. Sæpe enim fit, ut Status quidam Circuli in qualibet turni serie plus una vice praesentet, id quod e. g. in Circulo Suevico reperies (§. 24.), tunc *inæqualis*, si vero omnes æquis vicibus hoc jus praesentandi exercent, *æqualis* adest.

### §. 33.

Præsentatio fit a Circulis, sive Statibus Circulo adscriptis, & hisce omnibus quidem *jus* præsentandi ex rei natura competit, licet quandoque *exercitio* ejus desituantur. Ut ergo quis nomine Circuli præsentare posset, requiritur, ut non solum Status hujus Circuli, sed & insimil in possessione juris præsentandi sit constitutus; non enim semper omnes Circuli cujusdam Status hoc jure gaudent, sed singuli Status id tamquam *jus* prerogativum, cuius fundamentum vel Lex, vel Pactum, vel Observantia esse potest, saepius exercent. Quando igitur turnus inter plures statut secundum Receffum Circularem sive Pactum quoddam introductus est, totus præsentationis casus ad eum inter compræsentantes pertinebit, cui pro præsenti tempore turnus adsignatus est; turnarius ergo actum præsentationis in isto casu solus sine concurso reliquorum compræsentantium exercere debet; horum enim *jus* præsentandi interim quiescit futuris actibus exercendum, usque dum alio loco in Assessorum numero vacante, ordo turni sequentem tangat. Quoniam vero præsentatio ordinarie fieri nequit, nisi in casu existentis vacaturæ, simul quoque perspicitur, successivum hoc juris præsentandi exercitium ad singulos eos casus, in quibus locus Assessoris vacaverit, Circulusque de vacatura certior factus fuerit, accommodari. Quoties enim quidam Assessoris locus vacat, id ipsum ejus præsentantis Directori, cuius præsentatus abiit a Collegio Camerali per litteras, quas vocant denuntiatorias, significatur,



tur, in quibus præter loci vacantis significationem, nova rogatur præsentatio. Priusquam haec omnia sint facta, turnarius actum præsentationis exercere nequit.

§. 34.

Ex consideratione eorum, quæ Cap. II. proposui, quod ad indolem hujus turni inter Status Circuli usitati generalem, & per pasta plerumque stabilitam, attinet, facile patescit, ipsam ejus indolem, & diversum modum, secundum quem turnus exercetur, ex natura singulorum Circulorum explicari debere. Sic enim I.) Status in definienda serie turni eundem plerumque obseruant ordinem, qui in expediendis reliquis Circuli negotiis obtinet, ita ut Circulorum Directores seriem præsentationis alternativæ inchoent, atque Civitates, si admittantur ad hujus juris exercitium, eam finiant. Sic Circuli Suevici Director Serenissimus Dux Wirtembergiæ primus inchoabit turnum, Civitatibus Suevicis contra quartus denum in turno, post secundam Serenissimi Ducis Wirtembergici turnariam præsentationem adsignatus est locus (§. 24.). Elector Palatino-Bavaricus, qua Comes Simmerensis, Circuli Superioris Rhenani Director primo loco nominat (§. 25); ad cujus exemplum etiam Director Circuli Westphalici, Rex Borussiæ, qua Dux Cliviae primum in præsentando occupat locum; quem turnum omnes A. C. addicti Comites Circuli Westphalici una cum civitate Dortmund conjunctim finiunt (§. 26). Elector Saxonius ut Director Circuli Saxonici Superioris in turno neminem habet gradu superiorem, quamvis in eodem turno secundus sit Elector Brandenburgicus; ultimum turni vero locum occupant Comites (§. 27.). Turnum denique Circuli Saxonici Inferioris inchoat primus ejus Director Dux Magdeburgensis, in quo Dux Bremensis & universa Domus Brunsvico-Luneburgica secunda & tertia vice præsentant (§. 28.). II.) Directores autem non in ordine solum, sed in eo etiam plerumque, præfertim in iis Circulis, ubi jus præsentandi cum omnibus fere Statibus communicatum est, intuitu hujus officii Circularis gaudent prærogativa, ut in quolibet turno ratione officii, præsen-

fentationem exerceant; sic in transactioне Circuli Suevici Serenissimus Dux Wirtembergiae primam præsentationem, „*von wegen des Evangelischen Kreis-Ausreib-Amts*,“ exerceat. Idem hoc Schema Circuli Suevici III.) ad aliam obseruationem anfam mihi præbet; quod nempe Status, reliquos dignitate & terrarum magnitudine antecedentes, sœpius in quolibet turno præsentent, quam ceteri. Serenissimus Dux Wirtembergiae & Marchio-Badensis ob amplitudinem terrarum suarum bis in uno eodemque turno præsentant, & Civitates conjunctim simplicem habent nominationem. Licet vero IV.) jus præsentandi Assessorum Cameralem æque in territorio fundatum sit, ac jus voti & sessionis in Comitiis Imperii universalibus vel in Comitiis Circularibus, & Princeps non solum plures ejusmodi terras possidens olim separatas, ratione horum territorialium plus simplici vice in quavis constituti turni serie præsentare possit, sicuti Rex Borussiæ in Circulo Saxonico Superiori (§. 27.) trina utitur præsentatione ratione Electoratus Brandenburgiæ, Ducatus Pomeraniæ & Principatus Caminenis, sed & e contrario post divisionem territorii inter plures successores, his omnibus conjunctim non nisi unica hodie concedenda foret præsentatio; a jure voti & sessionis in Comitiis tamen non semper tuto concludere licet ad jus præsentandi Assessorum, cum Domus Hasiaca in Comitiis Imperii sine omni dubio duplii utatur voto, & tamen in Circulo Rhenano Superiori (§. 25.) revera non nisi unicum præsentationis actum in quavis turni serie exerceat, & Landgravius Hasso-Cassellanus cum Landgravio Hasso-Darmstadiensi alterna-re soleat. Ad hæc accedit, quod V.) unus idemque Status nomine plurimum Circularum, si territoria in eis possideat, præsentare, & ita plures turnos præsentationum simul participare possit, ut e.g. Rex Borussiæ nomine Circuli Saxonici Superioris, Inferioris & Westphalici jus præsentandi habet. Dantur vero etiam VI.) plures Status, qui plane, quamvis Circularum sint membra, jure præsentandi sunt destituti. VII.) Præsentatos ad manus Assessoris juxta præsentationum suarum antiquitatem a), ex tempore exhibitarum litterarum præsentatitiarum æstimandam b), recipiendos esse, omni caret dubio. Prioritas hæc præsentationis a Camera

F

etiam

—————

etiam ad eos extenditur casus, si plures nomine unius ejusdemque Circuli adsunt præsentati, ita ut eum reliquis æque idoneis præferat, qui primus litteras exhibuerat præsentatias; quod ab Augusto hocce Collegio observari etiam *videtur*, si forte præsentatio status plane extra ordinem turni præsentantis, cum præsentatione alterius status Circuli, quem nunc ordo turni præsentare jubet, tempore vero posteriori concurrat. Sic enim Elector Saxoniæ (§. 27. not. d.), qui in ordine non præsentaverat, a. 1724. circularem fecit præsentationem, quam mox alia secuta est, a Statu turnario Rege Sueciæ, qua Duce Pomeraniae citerioris, qui illius præsentationi sequentia oppesuit<sup>c)</sup>: quod Elector Saxonius ordinem præsentandi in Rec. Circulari de a. 1654. conventum non fecutus fuerit, cum tamen extra ordinem præsentare, & ex non usu juris sibi competentis, jus alterius status inde quæsitum turbare, haud liceat, & non sit actus meræ facultatis in ordine præsentare, vel quandocunque placuerit extra ordinem<sup>d)</sup>. Elector vero Saxonius præjudicium in receptione L. B. de DANCKELMANN, a Rege Borussiæ & Electore Brandenburgico etiam extra ordinem præsentati, a Camera observatum, idque Rec. Visit. 1713. contentaneum esse, allegavit<sup>e)</sup>. Qui Præsentatus Saxonius dein a. 1728. a Collegio Camerali ob prioritatem temporis etiam est receptus<sup>f)</sup>. VIII.) In receptione solius præsentati, non vero Statuum præsentantium, ratio habetur; si inde duo vel plures a Circulo quodam, in quo turnus introductus est, simul præsentantur Assessores, quum in admissione Assessorum semper prioritas temporis, quo præsentatus præsentatias Judici Cameræ obtulit litteras, attendatur; illi non secundum ordinem turni, sed semper secundum ætatem præsentationis erunt recipiendi<sup>g)</sup>.) Insigne ideo inter præsentationem & ipsam receptionem notandum est discriben. IX.) Quando quis ob impedimentum quoddam in ordine turni præscripto præsentare nequit, ei secundum ipsam turni indolem & naturam non licere quandocunque placuerit extra ordinem neglectam suam præsentationem supplere, non obstante exemplo supra allegato regulam haud inferente, firmiter sum persuasus, nisi noviter inita cum reliquis omnibus Statibus præsentantibus, de exercenda hac

hac præsentatione extraordinaria, conventione. X.) Sed nova ori-  
tur quæstio: an Status quidam præsentans jus ordinemque in tur-  
no præsentandi per cessionem in aliud Statum in hac turni serie  
jam constitutum possit transferre? Et jus præsentandi cum sit jus  
Statibus proprium, quilibet exinde facultatem habet juri suo dero-  
gandi, idque per cessionem in aliud transferendi, ad cuius vali-  
ditatem reliquorum statuum turnariorum haud opus est consensu.  
In alternativo præsentandi modo XI.) facile quoque contingere  
potest, ut certa statuum Classis vel Collegium e. g. Comitum,  
Civitatumve ceu persona moralis suum locum in turni serie occu-  
pans, simultaneam tamen deinceps exerceat præsentationem; at-  
que sic in uno præsentante pro re nata concurrere possunt diversi  
hi præsentandi modi; id quod locum habet in Circulo Suevico in-  
ter Civitates Evangelicas (§. 24.), in Circulo Westphalico inter  
omnes Evangelicos Comites una cum Civitate Dortmund (§. 26.),  
& in Circulo Saxonico Superiori, inter Comites (§. 27.). Qui du-  
plex præsentationis modus XIII.) in uno eodemque Circulo ex par-  
te Catholicorum & Evangelicorum Statuum sèpius observatur.  
Ultimo tandem loco XIII.) & id monendum esse duxi, quod in-  
ter nominationem & præsentationem ipsam, quæ litteris ad Ju-  
dicium Camerale de peracta a turnario præsentatione dandis ab-  
solvitur, nonnullæ Conventiones Circulares distinguant. Quam-  
vis enim in Circulo Suevico nominatio fiat per turnum, nihilo  
tamen secius præsentatio ipsa semper fit a solo Serenissimo Duce  
Wirtembergico, quid quod & commendatio secundum conventio-  
nem Circuli Suevici supra (§. 24) allegatam a nominatione &  
præsentatione quodammodo fejungi debet.

- a) Recessus Visit. 1713. §. 22. „Allermassen kein von den Ständen des  
„Reichs nachpræsentirter vor einem zuerst præsentirten wirklich anzu-  
„nehmen.,, rel.
- b) DE LVDOLE in colloq. 2. pag. 44. JO. JAC. MOSER in cit. Beytrag zu ei-  
nem Tractat von den Praefentationen. cap. 7. §. 5.
- c) L. B. AB VLMENSTEIN in tr. de jure præfent. §. 115. sq. p. 61. sq.
- d) vid. Memorialia hac de re in Comitiis a. 1724. & 1725. a Legato  
Suecico exhibita apud MÜLLER. in elec̄t. jurid. histor. Tom. I. Cap. I.  
§. 64. seqq. & MOSERVUM in cit. Beytrag &c. p. 232. & 251.

e) *Gegenvorstellung &c.* in Comitiis a Legato Saxonico exhibitam apud MÜLLERVM l. c. §. 65. & 67. & MOSERVUM in cit. *Beytrag &c.* p. 242. 268.

f) *DE LVDOLF colloq. 2. p. 53.*

g) *JO. JAC. MOSER von der Justizverfassung §. 17. P. II. p. 426. §. 49.*

### §. 35.

Cum turnus præsentationis Cameralis per conventionem Statuum Circularium plerumque ineatur, quæstio facile moveri potest, an ad hanc a Statibus ineundam conventionem requiratur auctoritas & consensus Imperatoris & Imperii, an vero conventio hæc de turno ineundo plane sit libera? De modo, quo jus præsentandi Circularum exerceri possit, jam in confiendo Recessu Imp. Noviss. de a. 1654. quidem actum fuit, sed res decidi non poterat, & relicta est uniuscujusque Circuli decisioni a). Ex quo eo magis statuendum est, conventionem Statuum Circularum super turno ineundam adeo liberam esse, & ab eorum solo arbitrio pendere, ut nec Imperatoris, nec Imperii, nec denique ipsius Judicij Cameralis auctoritas vel consensus vel confirmatio ad illam stabiliendam perficiendamque requiratur, licet Circularum Status, ut ejusmodi conventiones ad Comitiorum æque ac Judicij Cameralis notitiam legitime veniant, hodie sollicite curare soleant. Quod vero ad ipsos Status conventionem talem inter fe ineuntes attinet, horum omnium consensum ad hanc de introducendo turno ineundam conventionem requiri in aprico est, licet de vi majorum numero suffragiorum ceteroquin in negotiis Circularibus nullum sit dubium b), cum de juribus singulorum sermo sit, & inde quilibet eorum, qui hoc jure simul fruuntur, facultatem habeat quavis occasione ad exercitium hujus juris concurrendi & hinc in omnibus iis casibus, ubi modus in exercendo hoc jure haçtenus receptus mutatur, ista non aliter valet determinatio, nisi ab omnibus & singulis adprobetur. Tanquam ex speculo objectionem hic prospicio, quod conventio de turno ineundo sit res Circuli collegialis, quæ ad jus Singulorum haud spectet, hincque in iis Circulis, in quibus majora valeant vota, etiam majora requirantur vota ad introducendum turnum. Sed primo loco id re-

ge-

gerendum esse puto, non semper quemlibet Circuli Statum, singulari voto in Comitiis utentem, ad præsentationes Assessorum Cameralium ipso jure concurrere posse, sunt enim in permulis Circulis singuli tantum Status qui nomine totius Circuli hoc jus tamquam jus *prærogativum* exercent. Cum vero certi tantum Status nomine reliquorum ad quamlibet præsentationem ex jure quæfiso concurrere possint, præsentatio turnaria inde ut res Circuli, in quibus regulariter majora locum habent vota, considerari nequit. Dein & non attento hoc discriminé in eo casu, ubi haec tenus omnes Circuli Status simultanea Assessorum Cameralium præsentatione utebantur, nunc vero ab ordinario præsentandi modo receditur, & peculiari iste modus præsentationis alternativus determinatur; quo unus tantum eam exerceat, reliquorum vero jura interim suspendantur, sine dubio etiam cujuslibet compræsentantis Status specialis consensus est necessarius, & non aliter valebit modus iste extraordinarius, nisi omnium adsit spontanea & unanimis conventio, quoniam quilibet Status de jure suo concurrendi nempe ad omnes singulos præsentationis actus quæfiso aliquid remittit. Pactum id inde a pluribus tantum compositum in præjudicium reliquorum adeo valere nequit, ut potius dissensus legitime declaratus compræsentantis Status totum actum vitiet; cum in re pari potiorem causam esse prohibentis c), & quod omnes tangit, ab omnibus adprobari debere d), constet.

- a) R. J. N. 1654, §. 30, in der N. Sammlung der R. A. P. III, p. 647.
- b) R. J. N. 1654, §. 183, in der N. Sammlung der R. A. P. III, p. 674.  
jo. STEPH. PLUTTER in principiis Jur. Publ. §. 171.
- c) L. 28. ff. commun. divid. Cap. 56. de Reg. Jur. in 6.
- d) Cap. 29. de Reg. Jur. in 6. Conf. ea, quæ solide de unanimi plurimum patronorum consensu in definiendo modo præsentandi ad beneficia ecclesiastica per turnum exposuit, Consultissimus AVG. LVD. SCHOTT in alleg. Obs. ex jure patronatus ecclesiarum pluribus competente, spec. de præsentatione per turnum. §. 11.

### §. 36.

Conventionis a compræsentantibus Statibus ita institutæ is jam effectus est, ut vel nominatio & præsentatio vel nominatio

F 3

fola



foli subjecti, alias communi omnium præsentantium labore & concursu facienda, jam ab uno eorum folo expeditatur, reliquorum vero præsentandi facultas interim quiescat & suspendatur, usque dum alius evenerit casus, quo deinde ex iis iterum alius facultatem hanc suo ordine exerceat. Ceteri Status compræsentantes turnum ad se aliquando transeuntem expectant, & ipsa præsentatio, quamvis ejus exercitum a solo turnario fiat, simul reliquorum compræsentantium nomine expeditur. Finis sèpius dicti nostri turni est; ut subiectum a turnario nominatum & præsentatum admittatur ad examen generale & speciale, admissione dignum declaretur, & tandem ipsum munus Affessoris Cameralis reapse obtineat. Hoc facto demum turnarius omnia explevit & turnum suum absolvit, qui jam ad alterum compræsentantem devolvitur, sequentem hujus loci *vacaturam* expectantem. Si autem non admittitur præsentatus a Camera, vel ante introductionem & præstum sollempne juramentum mortuus sit, vel alia ex causa munus Affessoris Cameralis obtainere nequit, tum ab eodem turnario alia atque magis efficax institui potest præsentatio, & turnus neque absolutus est, neque facultas præsentandi ad alterum compræsentantem transfertur, quia turnus manet immotus, quamdiu Affessoris locus permanet vacans. Turnarius enim sive exercitum, sive jus ipsum species, omnibus iis foliis gaudet juribus, quæ sub facultate præsentandi comprehenduntur, & hinc omnia ea potest peragere, quæ extra casum turni Circulis per totum *vacantis* hujus loci casum tribuantur. Sequens ergo turnarius, quem ordo turni tangit, nisi alia eveniente vacatura, nullum jus habet sese immiscendi constitutio ni Affessoris Cameralis hac vice plane ad se non pertinenti. Nunquam ideo præsentans turnarius, observato in præsentando legitimo tempore (§. 38.), jus suum amittit, licet præsentatio ob vitium in modo commissum, vel ob defectum subiecti præsentati forte rejiciatur, sed in omnibus iis casibus, in quibus alias Circulis nova conceditur præsentatio a), iterum præsentare poterit, quoniam turnus per primam præsentationem non absolvitur. Per turnum vero sic præsentatum Affessorem Cameralem post actualem ejus admissionem eum locum inter ceteros Afflores occupare, qui

qui Circulo cuius nomine semper præsentat turnarius, competit,  
vix monendum esse duxi.

a) III. BALEMANN cit. *Beyträge zur Revision des C. O. C.* p. 350. n. 4.  
Secundum expresa Concepti O. C. P. I. Tit. V. §. 20. verba, ab  
eodem Statu vel Circulo, qui rejectum præsentaverat candidatum, &  
inde non ab alio quodam vel sequenti ejusdem turni statu, nova ro-  
gari debet præsentatio.

### §. 37.

Quæ de præsentationibus ordinariis a Statibus unius Circuli  
per turnum faciendis hactenus dicta sunt, ad alternativam præ-  
sentationem, quæ secundum Instrumentum Pacis Westphalicæ a)  
tam in Circulis mixtis concessa est, suo modo adPLICARI possunt,  
de qua nunc sub finem generalis de turno tractationis sequentes  
subnectere licet observationes. I.) Cum duplex hæc alternativa  
præsentatio hactenus cessaverit, vi Conclusi Imperii d. 23. Oct.  
1775. vero in usum nunc deducenda sit, certus quidam ordo in-  
ter Circulos observandus Corpori Evangelicorum placuit b), cuius  
seriem jam supra (§. 19.) recensui. In singulis vero Circulis vel  
inter Status A. C. addictos in quovis Circulo mixto II.) hæc al-  
ternativa præsentatio iterum diversimode institui solet, ita quidem  
ut 1) in Circulo Saxonico Inferiori ea Civitatibus Imperialibus in  
turno generali Statuum hujus Circuli ideo non comprehensorum  
penitus relicta sit c) (§. 28); 2) in Circulo vero Suevico (§. 24),  
atque in Rhenano Superiori (§. 25), hæc præsentatio alternativa  
cum ordinaria turni serie combinatur, & ab eo statu turnario,  
quem ordo tangit, loco præsentationis ordinariae exercetur. 3) Re-  
liquorum Circulorum pacta de turno inita antiquiora hujus alter-  
nativæ præsentationis mentionem faciunt nullam. Sed facile  
conicere licet, eam in reliquis quoque Circulis exemplo Circuli  
Saxonici Inferioris, Suevici & Rhenani Superioris, vel iis Circu-  
li Statibus, quorum jus presentandi hactenus controversum fuit,  
per novas conventiones forsan in posterum concessuram, vel cum  
ordinaria turni serie conjuncturam fore.

a) Art. V. §. 57.

b)





- b) Conf. Protocollum Conferentiae Corporis Evangelicorum d. 23. Jul.  
1777. in der Neuen Staats-Canzley P. 47. p. 35. Staats-Begebenheiten  
de a. 1777. p. 980.  
c) de BALEMANN in Beyträgen zur Revision des C. O. C. p. 152.

§. 38.

Quodsi jam turnarius, casu vacaturæ existente, hanc sibi competentem facultatem cum effectu exercere velit, sollicite debet curare, ut suam præsentationem legibus cameralibus convenientem observatisque limitibus sibi præscriptis instituat; hinc merito nunc considerandi mihi forent, a Circulis præsentati candidati, eorumque necessariæ qualitates. Quum autem non requiratur, ut Circulorum ad Assessoris munus per turnum præsentati aliis prædicti sint qualitatibus, quam omnes reliqui in Assessorum recipiendi candidati, horumque qualitates in omnibus juris Cameralis compendiis aliisque hanc materiam tractantibus libris multis verbis depictæ sint, ad hos tuto provocare licebit. Aendum ergo nunc erit non solum de modo præsentandi, quid circa illum a Collegio Camerali, quidve a Circulis observari debeat, sed etiam quia facile de modo & jure præsentandi controversiae oriiri possunt, adjungenda erit brevis tractatio, a quibus haec decidi, & quinam fontes ad earum decisionem adhiberi debeant. Modum enim in præsentando soli præsentantis arbitrio relictum non esse, tam ex natura præsentationis quam ex legibus Cameralibus clarum est.

§. 39.

Quoties igitur vacans Assessoris locus existit, si nempe quis eorum suo munere se abdicaverit, vel deceperit, Collegium Camerale id Circulo, qui mortuum vel abdicantem præsentaverat, significat a) per litteras denunciatorias b), quæ quoad formam externam non solius judicis sed totius Collegii Cameralis nomine c) exarantur, & Judicis, Præsidum, trium quatuorve Assessorum sigillis, nulla autem subscriptione muniuntur. Interna earum forma in eo consistit, quod in eis locus vacans significetur, novaque rogetur præsentatio. Litteræ haec denunciatoriae diriguntur ad Directorem Circuli præsentantis & transmittuntur non amplius per fin-

gu-

gularem quendam nuncium d), sed per cursores publicos, hodie enim non dubitatur, satis seculo postarum cursui eas committere.

- a) O. C. P. I. tit. 4. §. 3. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 47.  
Rec. Imp. de a. 1576. §. 58. ibid. p. 362. C. O. C. P. I. tit. 5. §. 4.  
„Wo also der Beyfizer einer, wie jeso gemeldt, abstehen oder mit Tod  
„abgehen würde: Alsdenn soll der Cammer-Richter ungefährt solches  
„dem Stand oder Creyß, von dem der abgestandene oder abgegangene  
„Affessor benutzt gewesen, oder an dem sonst die Ordnung, schreiben  
„und verkündigen, und denselben Stand oder Creyß ersuchen, vermög  
„dieser Ordnung in 6 Monathen andere zween oder drey, und nicht  
„darüber an des abgestandenen oder abgegangenen statt zu præsentiren.“
- b) Formulam ejusmodi litterarum denunciatoriarum vid, in DECKHERRE  
not. ad Ord. Cam. adjunct. 1. p. 163.
- c) Hodie non amplius, uti C. O. C. P. I. tit. 5. §. 4. verbis: „Aldenn  
joll der Cammer-Richter &c., innuit, a Judice solo, sed nomine to-  
tius Collegii concipi denunciatorias tales litteras, nos docet DECK-  
HERR in cit. not. ad C. O. C. p. 141.
- d) Hoc enim, ne dubia forte reddatur earum traditio, in legibus sta-  
tutum est. vid. Mem. jud. 1557. §. 6. in der Sammlung der K. G. Vi-  
sitationis-Abhälde und Memorialien (Weslar 1714.) p. 31. jq. & C. O.  
C. P. I. tit. 5. §. 5.

### §. 40.

Acceptis litteris denuntiatoriis Director Circuli præsentantis, si turnus in eo observatur, illum, quem ordo tangit, Statum de præsentatione facienda monere solet. Dein præsentatio fit nomine totius Circuli per litteras præsentatitias; fieri autem eam intra sex menses volunt Leges a), nisi enim intra hoc tempus se mestre fiat præsentatio, devolvitur hoc *jus præsentandi ad Imperiale Cameram*. Si haec per quatuordecim dies, vel ad sumnum unius mensis spatium adhucdum exspectavit, sine ullo du-  
bio ei constituendi novi Affessoris data est facultas. Ast gravis heic urget dubitatio. Rec. enim Imp. Nov. b) disertis verbis ju-  
bet, negligentiam unius Status præsentantis reliquis nullum in-  
ferre posse præjudicium. Nonne igitur potius sequens Status tur-  
narius, neglesto ab antecedente tempore legitimo, præsentationem exercebit? Sed de præsentationibus quæ fiunt per turnum loqui

G

R.

R. I. N. **cave existimes.** De præsentationibus enim simultaneis, sive quæ conjunctim a pluribus Statibus compræsentantibus fiunt verba facere R. I. N., penitus persuasum habeo. Optimus sane interpres est Conclusum Deputationis Imperii de a. 1644. c). „*Die-„weil gleichwohl zu befahren, es möchte etwan in den Creyßen, da„beyde Religionen zu præsentiren, und also von jezterwehnten beyden„Religionen Subiecta vorgeschlagen werden müssen, ein oder ander„Stand, wann ein seiner Religion zugethanes Subiectum verflirbt,„die Præsentation mit Fleiß verschieben, um der Ursachen nicht præ-„sentiren wollen, damit also gleich wiederum von den Aßessorum ein„seiner Religion zugethanes Subiectum dem andern Religions-Ver-„wandten, Fürsten und Ständen zu Präjudiz elegirt werden möchte,„als wird diesen befordernden Inconvenienzen vorzukommen dafür„gehalten, daß zu verordnen, und dem Reichs-Deputations-Abschied„einzuverleiben sey, wenn nemlich ein oder anderer præsentender„Churfürst oder Stand in seiner Præsentation aus dieser oder einiger„anderer Ursach stäumig befunden wird, daß uff solchen Fall dem„andern nicht præjudicirlich, sondern vielmehr erlaubt seyn sollte,„unverhindert seines mitauschreibenden Fürsten Verzugs mit der Prä-„sensation nichts weniger zu verfahren, auch von dem Kayserl. Cam-„mer-Gericht solches in gebührender Obacht genommen werden sollte.*“ Nec devoluto sic ad Cameræ jure præsentandi sequenti Statui turnario ullum infertur præjudicium, cum ipsi plane nullum jus præsentandi hac vice competeteret, & non nisi negligens Status poenam luat. Si vero Cirouli cuiusdam Director in mora est, ac litteras Cameræ Statui, quem ordo nunc in turni serie tangit, tardius insinuat, tunc hoc jus devolutionis jure meritoque cessabit, & mora Status præsentantis non nisi a tempore scientiæ computanda erit d). Pro præsenti quidem Cameræ statu, quum semper supersint adhuc duo præsentati, etiamsi completus fuerit numerus Aßessorum quinavicensarius, qui locum vacantem statim occupent, hodienum tamen vix ob ceſſantem rationem legis exiſtere potest hujus devolutionis casus e). Sed in posterum tamen eum contingere posse nemo facile negabit f).

a)

- a) c. in §. præced. not. a. alleg. O. C. 1555. P. I. tit. 4. §. 3. C. O. C. P. I.  
tit. f. §. 4. & Rec. Imp. Nov. §. 22. in der N. Sammlung der R. A.  
P. III. p. 646.
- b) §. 26. „Zum Fall auch ein oder ander præsentirender Churfürſt, oder  
„anderer Stand, in seiner Præsentation ſäumig befunden würde, foll es  
„andern mit ihm zu præsentiren berechtigten Ständen nicht præjudicir-  
„lich, sondern denſelben erlaubt feyn, ohnverhindert jolchen Verzugs,  
„mit der Præsentation fortzuschreiten.,“ in der N. Sammlung der R. A.  
P. III. p. 646. add. Decretum ratificationis Cæſareum de a. 1727.  
constantem hujus R. J. §. 26. observationem ferio injungens. conf.  
SEV. THEOD. NEVRODES ad R. J. N. p. 117. de BALEMANN in Beyträgen  
zur Revision des C. O. C. p. 358.
- c) Gutachten der Reichs-Deputation die Verbesserung des Justizwesens be-  
treffend. 1644. apud de MEJERN in Actis Comititalibus Ratisbonensisibus  
publicis de a. 1653, & 1654. Tom. II. p. 191. sq.
- d) de BALEMANN in Beyträgen zur Revision des C. O. C. p. 348.
- e) b. GVIL. FR. TAFINGER in instit. jurispr. Cam. §. 167. p. 361.
- f) de BALEMANN I. c. p. 358.

## §. 41.

Hicce in litteris præsentatiis respondetur ad denunciatorias  
Cameræ, cui vel unus, vel duo vel ad summum tres a) (§. 1. &  
10.) præsentantur candidati b), quæ litteræ vel a foliis Circuli  
Directoribus subſcribuntur, vel ab eo quem turni ordo tangit,  
vel a Directoribus quorunque scannorum, & diriguntur non  
ad ſolum Judicem, ſed ad integrum Collegium Camerale c).  
Præsentatus d) proficicitur ad Cameræ fedem, notificat ſtatiſ  
Judici adventum ſuum, exhibet prætentatitias ſuas litteras  
Judici Cameræ, ad quas ceteri, ſi adsunt, compræsentati fe-  
referunt e), atque rogar ea qua par eſt reverentia, ut exhibita  
litteræ ad illuſtre Collegium deferantur, ejus nominatio gra-  
tioſe acceptetur, ipſequē ſolennibus admovereatur. Poſt hæc ſingu-  
los Præſides atque Aſſeffores ſtatiſ poſt ſuum adventum ne-  
cessario invifere f) debet, ut hi formam externam g), mores h)  
atque vitæ rationem prætentati coram cognoscere poſſint.

G 2

a) Præ-



a) Præsentantium arbitrio olim Præsentatorum numerus relictus erat, sed in Comitiis Ratisbonensisibus 1576. abusus in præsentando notatus fuit, unde numerus præsentatorum ad tres personas restringebatur (§. 10.), & quidem ita, ut vi R. J. N. §. 27. in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 646. Camera acquiescere debeat, si unicum tantum subiectum præsentaretur, idque, si dignum inveniatur Aſſessoris munere, omnino recipere.

b) Quæſtio hic facile moveri possit: an hodie locum habeat ſucceſſiva compræſentatio? quæ mea ſententia omnino affirmari potest. Sunt quidem, qui in negativam rationes afferunt, hoc effe contra ius quæſitum prioris præſentati, ajetes, & ſecundum Ord. Cam. præſentationem in termino præfixo fieri debere, quæ fi ſemel facta fit, nullam aliam præſentationem locum habere poſſe. Sed quæ me ad affirmatiuum ſententiam traduxerunt, ſequentia ſunt fundamenta: 1) ſecundum leges imperii uniuicuque præſentanti ſine ulla limitatione permifum eft, duo vel tres personas præſentandi, ſed nupſtam ei præſcribitur, omnes uno acto præſentandi. 2) ius quæſitum atque prærogativa ratione temporis prioris præſentati ſemper manet in falvo. Ergo nihil impedit, quo minus reliqui ſucceſſive compræſentati ſub conueta clauſula, falvo jure cujuscunq; ad examen generale & ſpeciale admitti poſſent. Quod etiam praxis nos docet: Sic a. 1731. Dux Bipontinus in turno ſuo præſentavit Confiliarius Regiminis Wirttembergici a BERGEN, cui aliquanto poſt compræſentavit, GEORG. PHIL. a FLECKENBÜHL genannt BÜRGEL, qui poſtea juraverat d. 26. Aug. 1738., & Dominum a Verden. Princeps Anhaltino-Bernburgensis præſentavit Dominum a TURKHEIM, cui, ne exercitium juris præſentandi in turno ſuo perdat, poſtea Dominum a Königthal compræſentavit. Quamdui inde primus præſentatus ab Auguſto Camere Collegio nondum po receptibili eft declaratus, tamdui etiam idem Status alios ſucceſſive præſentare potest candidatos. vii. de BALEMANN in Beytrügen zur Reuifion des C. O. C. Et. p. 350. Quod ex analogia juris canonici extra controverſiam eft, cum candidato ante ejus admiſſionem ab epifcopo, per præfentationem nullum ius acquiratur prohibendi, ne alium præſentat patronus, & compræſentatio a revocatione prioris præfentationis toto coelo diſferat. BÖHMER in jure ecclie. protest. L. III. Tit. 38. §. 92. 93. p. 524. C. 5. 24. 29. X. de jure patroni.

c) Cum Confiliarius Regiminis & Subdelegatus Wirttembergicus ad Viftationem Camere MAVRITIVS DAV. HARPPRECHT litteras suas præſentatitias ab Electore Saxonico Auguſto ad ſolum Judicem Camere direcitas exhibuerit, is quidem ad examen generale admiſſus eft, debuit autem ſecundum conculsum Collegii alias emendationes litteras præſentatitias exhibere. Id quod etiam præſentatis Comitum & Baronum

num Circuli Saxonici Superioris, quorum litteræ ad solum Cameræ Judicem erant directæ, in conclufo Collegii Cameralis dd. 11. Martii 1779. fuit mandatum. de BOSTELL in Beyträgen zur K. G. Litteratur und Praxi P. I. p. 235. 247. J. J. MOSER in Zusätzen zum neuen teutischen Staatsrecht. P. I. p. 1666.

- d) Præsentatus acquirit acceptata semel præsentatione jus ex pacto quæsumum. Statui præsentanti inde non licet semel factam præsentationem revocare, vid. de BALEMANN in Beyträgen zur Revision des C. O. C. p. 351. n. 6. MOSER Beitrag von den Præsentationen &c. p. 293. nec præsentatus si Status præsentans turnarius vitam cum morte commutaverit, nova sibi consulere debet præsentatione, quamvis forsan neque præsentatio a Collegio Camerali fuerit acceptata, neque specimina a præsentato more consueto præstata fuerint. Multo minus itaque Statui turnario subfrequent hoc casu ex morte antecedentis jus subnasci potest, novum præsentandi candidatum.
- e) De pluribus se ad præsentatias, ab uno exhibitas, litteras referentibus præsentatis. vid. de LVDOLF in colloq. 2. pag. 64.
- f) Urbanitas hæc necessaria est, atque gerit Wezlarie nomen: *seine tour machen*, priusquam examen orditur. Candidatus rogatur: *ob er seine tour bey allen Herrn gemacht habe?* si id non fecit, examen differtur, usque dum id factum est. Si autem Allesior quidam recusat compulsionem præsentati, id jam sufficit. De civilitate hac necessaria vid. L. B. de ULMENSTEIN in tr. de jure præsent. §. 135. pag. 71. 72.
- g) Olim Podagrici præsentati exclusi sunt. Et præsentatus Wirtembergicus nomine Circuli Suevici, JOANNES GRAV. Professor olim Tubingenis, excludebatur a Collegio Camerali sub d. 16. Apr. a. 1670. quia unius oculi suffusione laborabat. JO. JAC. MOSER von den Præsentationen &c. c. 4. §. 6. pag. 301. & ibi alleg. Schrag in norma examinis candidatorum allesioratus. §. 9. p. 6.
- h) Sic Doctor GVSBRONT tertia vice præsentatus, nec tamen receptus est, ob famam, quod sit contentious & singularis, vid. KOCH ad Ord. Cam. DECKHERR in Monum. leet. antiquæ p. 7.

### §. 42.

Dein Judex Cameræ convocat plenum Senatum, prælegit sibi datas litteras præsentatias, atque proponit, factam præsentationem; circa has litteras ante omnia disquiritur, an ab eo venerint, cui jus præsentandi competit, & an stylo convenienti, verbis nempe non imperantibus, neque decisivis de præsentati qualitatibus conceptæ sint. Si in omnibus hisce nil monentur

G 3

dum



dum occurrit, in pleno concluditur, præsentatum ad examen generale esse admittendum, quæ decreta admissio per protonotarium pleni præsentato significatur. A quo tempore unusquisque pro rite præsentato æstimandus est.

§. 43.

Quam frequentium litium *a)* fomes semper jus præsentandi ejusve exercitium fuerit, apud omnes constat. Optimus igitur hæc bella componenda modus foret Lex Imperii publica, in omnibus quoque Circulis accuratiorem præsentandi normam exhibentem, vix ac ne vix quidem speranda *b)*. Cum enim hactenus de generali schemate presentationum tantum adornando, deque numero inter utriusque religionis Assessores æquali servando, potissimum sollicitæ fuissent Leges Imp. universales, peculiarem in quovis Circulo præsentationis modum Statuum Circularium conventioni unice committunt *c)*. In quo definiendo, si non amice conspirant, summorum Imperii tribunalium jurisdictioni, sicuti in reliquis causis internum Circularum Statum concernentibus, certe nullus erit locus *d)*, atque istarum controversiarum decisio ab Imperatore & Imperio forte petenda, vel plane in primis si causa religionis subsit, a sola amicabili compositione *e)* tandem erit expectanda *f)*. Quanta tamen Augusto in primis Cameræ judicio circa hos quoque lites per indirectum competit potestas, nemo facile negabit, qui considerat, quod penes hoc Judicium sit jus atque facultas, de qualitate non cuiuslibet præsentati solum, sed & de ipsa forma & qualitate præsentationis cognoscendi & statuendi. Quæ disquisitio sane fieri nequit, nisi prius explorato quoque jure præsentandi. Hinc saepius Camera provisorio modo lites circa jus præsentationis ortas reapse dirimit, rejecta vel admissa ejusmodi dubia præsentatione. Sic, ut novissimo exemplo utar, Camera in præsentatione nomine Principatus Querfurtensis a. 1779. facta ab Electore Saxonico deductionem specialiorem jurium suorum petuit, ut deinde receptio præsentati decerni queat *g)*, admissio interim præsentato salvis cujuscunque juribus *h)* ad examina consueta.



- a) JO. JAC. REINHARD *Gedanken über die Frage: Wohin die Streitigkeiten wegen des Rechts, einen Beifizer des Kaiserlichen und Reichs-Cammer-Gerichts zu præsentiren, zur Erörterung gehören; Und was in dergleichen Fällen hoherwähntes Gericht zu thun vermöge?* in ejus historischen und juristischen kleinen Ausführungen (Giefl. 1749.) P. II. p. 1, sqq.
- b) JO. ST. RÜTTER progr. de normarum juris publ. generalium difficultate. Goett. 1757. 4.
- c) Rec. Imp. Nov. §. 30, in der N. Sammlung der R. A. P. III. p. 647. (§. 18.)
- d) Capit. Cæs. Noviss. art. 12. §. 4. „denen Reichs - Gerichten aber keinesweges gestattet werde, in die innere Kriegs - Civil und Oeconomiche Verfaßung derer Reichskreise Hand einzuschlagen, darüber auf einiger-ley Weise zu erkennen, oder wohl gar Processe ausgehen zu lassen.,,
- e) J. P. W. Art. V. §. 52.
- f) b. g. f. TAFINGER in instit. jurispr. Cam. Sect. I. T. VIII, §. 157. p. 540. conf. in primis ea quæ Perill. JO. JAC. MOSER tradit. in tractat. von den Reichstags - Geschäftsen P. II. c. II. §. 11. p. 243. P. III. c. IV. §. 16. p. 306. ubi historiam præsentationis, quam Ipsi Elector Trevirensis qua Epilocus Hildefoni contulit, recenset. add. Ejus Nebenfunden p. 259. & *Zufüsse zum N. St. R. P. I. p. 1063.*
- g) de BOSTELL in Beytraegen zur K. G. Litteratur und Praxi P. I. p. 236 - 246. JO. JAC. MOSER *Zufüsse zum N. St. R. P. I. p. 1064.* Conclusum pleni dd. 17. Jul. a. 1779. „Ist nunmehr Praefentatus Donauer ad Examina salvo jure cujuscunq[ue] gelassen, übrigens derselbe, daß dem Fürstenthum Sachsen - Querfurt, wann dessen Praefentations-Befugnis bey dem eintrete den turno und nachher ausgesetzt worden, sein jus præsentandi Affessorem von denen vorpræsentirenden hohen Staenden des Oberjächischen Kreises reservirt worden, folglich deshalb noch res in tegra vorhanden sey, Zeit dreyer Monate behörig bezubringen, an gewiesen; worauf seiner Receptibilität halber serner ergehen solle, was Recht ist.“
- h) b. TAFINGER I. c. §. 157. add. MOSER in tractat von der Teutschen Justizverfaßung B. IV. c. IV. §. 24. p. 415. §. 44.
- Pro diversa controversiarum super jus præsentandi indole & natura, quæstio de exercitio juris præsentandi litigiosa, ab exitu alterius controversiæ principalis vel præjudicialis v. gr. de jure succedendi in territorio a), cui annexum est jus præsentandi, quando-

doque pendere, & tunc judiciali discussioni Summorum Imperii tribunalium locum esse, haud ambigitur. Sed lite quoque inter Status Circuli de possessione, vel jure, vel ordine praesentandi in turno observando, principaliter mota, cum de jure sive ex Legibus sive ex partis quæsito inter ipsos certatur, fundatam esse summorum Imperii Tribunalium Jurisdictionem, nullus dubito *b*), & reus sane actioni instituta exceptionem fori declinatoriam ex Capitulatione Cæsarea *c*) petitam cum effectu opponere ideo nequit, quia haec sanctio ad res totum Circuli Statum concernentes restricta, ad jus singulorum Statuum Circularium quæsitus minime protrahi potest *d*). Nec ideo sententia *b*. REINHARDI, Jcti magnæ, dum viveret, auctoritatis, simpliciter subscribendum esse puto, qui litigies qualescumque super præsentationis negotium ortas, omnem plane non judiciale modo, sed & Imperatoris & Imperii decisionem plane respuere ex ea potissimum ratione tradit *e*), quoniam iuris præsentandi fundamentum in Statuum coimperio nitatur, quod ipsis cum Imperatore secundum Regni Germanici formam competit. Hoc quamvis tantisper largiri quodammodo posset, probe tamen tenendum erit, hoc coimperium non esse singulis Statibus, sed universo eorum Corpori. Sed ne quid dissimulem, in afferenda hac Jurisdictionis summorum Imperii tribunalium parte, nos destituunt rerum judicatarum monumenta. Ait generalem pro mea qualicunque opinione militare theoriam, persuasum habeo.

*a)* Exemplum hoc pertinens præbet famosissima controversia Juliacenesis. In Ordinationibus Cameralibus 1507. 1521. & 1555. Ducatus Juliacenensis inter Circuli Westphalici Status præsentantes numeratur, jus ergo hoc præsentandi in dubium nullo modo vocari potest. Sed post extinctam domum Juliacenensem, lis de succeßione Juliacenensi agitata fuit, qua ex causa præsentatio hæc jam ab anno 1610. usque ad nostra tempora quievit. Inter Protestantes quidem hujus Circuli Status novissimus temporibus 1779. turnus præsentandi transactus est (§. 27.), Catholicorum autem jus præsentandi probabiliter demum post decisionem litis de succeßione Juliacenensi extra dubium positum erit.

*b)* Ad stipulatur huic sententia Perill. JO. JAC. MOSERVIS in tr. von der tentischen Justiz - Verfassung. l. c. §. 24. p. 41<sup>s</sup>.

*c)* Art. 12. §. 4.

*d)*

- a) Conf. quæ hanc in rem gravissime monet III. DANIEL NETTELBLADT in tr. von der Gerichtsbarkeit der höchsten Reichs-Gerichte in Kreisfachen. in Ejus Erörterungen einiger einzelner Lehren des teutschen Staats-Rechts. (Halle 1773.) p. 143. Add. TAFINGER l. c. Sect. III. Tit. II. §. 404. p. 56. JOH. ULR. L. B. de CRAMER in Obs. jur. Univ. Tom. I. Obs. 264. p. 596. & in Opusculis Tom. IV. Opusc. XII. §. 6. 7. 8. p. 359. sq.
- b) in den historischen und juristischen kleinen Ausführungen. P. II. p. 36. sq.

§. 45.

Quæ cum ita sint, in decidendis istiusmodi controversiis, primo loco Paſta & Conventiones particulares inter Circuli Status initæ, adhibendas esse facile patet. His succedunt forte si qui adſunt Recepſus Circulorum generales, & dein omnium earum Legum juriumve, ſive ſcriptorum, ſive non ſcriptorum, ſive domesticorum ſive ſubſidiariorum cumulus ab Auguſto Cameræ tribunali obſervandus a). Quod inprimis vero ad præſentationes per turnum attinet, *Juris Canonici Analogiam*, fœcundissimum litium, quæ ex alternativa hac præſentatione inter Circuli Status subinde oriſi poſſunt, dirimendarum fundamentum præbere automo, idemque legitimum. Ad deductionem enim Juris ex comparatione cum alia re ſimiili, Legibus aut Obſervantia definita per bonam conſequentiā collectam b), vel tandem conſugere iudex debet, ſi quid iuſtum in caſu proposito ſit, ſingulari Lege aut obſervantia definitum haud ſit. Mira autem inprimis ſimilitudo atque conuenientia inter præſentationem Aſſessoris Cameralis & præſentationem ad beneficia eccleſiaſtica, quam præcipuum juris patronatus partem eſſe novimus c), deprehenditur. Quid quod, ſi tempus ſex mensium, ab initio præſentationibus Aſſessoris Cameralis, æque ac patronorum nominationibus, præſcriptum, conſideras, ſi iuſ devolutionis Cameræ confeſſum iſumque hujus juris terminum cum jure devolutionis, quod neglecto hoc a patronis legitimum tempore epifcopo competit d), comparas, innumerasque alias ſimilitudines inter duo hæc instituta confipicuas conſerre velis, facile intelligitur, ipſos Legiſlatores hanc juris Canonici analogiam ante oculos habuiffe. Quare cum & iſpa juris Canonici placita ab Auguſto Cameræ tribunali ſint attendenda, iuſtæ interpretatione.

tionis extensivæ regulæ haud violantur, si in decidendis controversiis circa præsentationes Assessorum Cameralium alternativas forte oriundis ad Juris canonici analogiam recurendum esse (§. 30. not. e) statuas. Nec hujus rei testem idemque omni exceptione majorem Perillustrem nempe jo. STEPH. PÜTTERVM e) heic silentio præterire fas erit, qui in quæstione: an præsentatus ab Electore Bavarico Assessor, post mortem Elektoris locum inter Electorales Assessores pristinum amississet? resolvenda, ad Analogiam Juris Canonici hisce verbis provocare haud dubitavit: „Nach der im „canonischen Recht enthaltenen nächsten Analogie ist es ganz klar „entschieden und ausgemacht, daß eine einmal geschehene Præsenta- „tion ihren Werth behält, wenn gleich der Patron, der sie verrichtet „hat, nachher sein Patron-Recht verliert f.)“, Et hanc vero analogiam ad justos utriusque negotio convenientes limites reducendam nec ultra tertium comparationis porrigidam esse, jam rei natura postulat.

- a) Quorum Catalogum sat prolixum dedit b. G. F. TAFINGER. I. c. Seßt. II. p. 609. sq.
- b) L. 12. 13. 27. ff. de Legibus.
- c) JOH. SAM. BRUNQUELL, Dis. de jure patronorum honorifico primo-  
ario. conf. Opuscula ejus Tom. II. n. XIX. p. 701. sq. Perill. GE-  
LVD. BOEHMER principia juris Canonici §. 530. p. m. 365.
- d) Cap. 12. 22. 27. X. de jure patron. add. de BALEMANN in Beyträ-  
gen zur Revision des C. O. C. p. 356.
- e) in eleganti libello cui titulus: über das Præsentationswesen am Kam-  
mer-Gerichte, insonderheit die jetzige Lage der Kur-Pfälzischen Præ-  
sentation betreffend. Gcett. 1781. §. 2. pag. 7.
- f) Cap. 19. X. de jure patronatus. „Si aliquis clericus ab ordinario  
„judice in ecclesia fuerit institutus ad præsentationem, illius qui  
„eiusdem ecclesiae credebatur esse patronus, & postea jus patrona-  
„tus alias evicerit in judicio; institutus non debet ab ipsa propter  
„hoc removeri, si tempore præsentationis suæ, ille qui eum præsen-  
„tavit, jus patronatus Ecclesiae possidebat, cum ex hoc ei, qui de  
„jure debet habere, nullum in posterum præjudicium generetur. Si  
„vero non possidebat, sed tantum credebatur esse patronus, cum non  
„esset, poterit ab eadem ecclesia removeri.,“

**ULB Halle**  
007 474 644




3

VD 18





# Farbkarte #13



B.I.G.

PRAESENTATIONIBVS  
M CAMERALIVM CIRCVLARIBVS  
PER TVRNVM

UNIVERSITATIS EBERHARDINÆ CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO

ATQVE POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO  
DOMINO

**A R O L O**

WIRTEMBERGIAE AC TECCIAE REGNANTE REL. REL.

RIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV  
PRAESIDE

**E DANIEL HOFFMANN**

D., SACRI CÆSAREI PALATII COMITE, SERENISSIMI  
ARIO, IVRIS PUBLICI ET FEVDALIS P. P. Q.

, COGNATO atque PRÆCEPTORE SVO  
COLENDISSIONIMO

ADV IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

IE FEBR. MDCCLXXXII.

DISPV TABIT

AVCTOR

**I E D E R I C V S T H E O P H I L V S F A B E R**

DICASTERII WIRTEMBERGICI ADVOCATVS.

T V B I N G A E  
TERIS F V E S I A N I S.

186  
1782, 2 a

186  
12